



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



THEEK GENT



044

Digitized by Google





Datam f. Philippo  
Wijckart. 1605.



ALEXANDRO  
CARD.  
URSINO

L V G D V N I  
Sumpiibus Ludouici Prost. haerede Radisse  
Cum Priuilegio. 1605.

Dom. Zampieri delin. Jo Federici Galleri inv.





ILLVSTRISSIMO.  
PRINCIPI  
ALEXANDRO  
CARD. VRSINO

IO. BAPTISTA  
*Ferrarius F.*

V R S I N A E ite-  
rum Rosæ  
spinæ addo,  
dedicōque:  
sue (ut planè dicam)

ā 2

prīus ego Syriacē, dein-  
de etiam Latinē asper-  
te florentem inter Prin-  
cipes colo, PRINCEPS  
ILLVSTRISSIME. Ti-  
bi vero potissimum in-  
scribendae fuere spino-  
sæ, atque horridulæ ora-  
tiones meæ : quia fe-  
cisti, quod Rosa solet,  
quæ spinas amat, vt de-  
coret : dum sæpe illas  
vtcumque acutulas iu-  
dicasti, atque ad publi-  
cam etiam lucem pro-  
uocasti. Et velenæ illæ  
aliam

aliam aspicere; nisi Ro-  
seam lucem tuam? Tam  
pulchro in lumine mea  
quoque spineta pulchra  
videantur. Consultum  
præterea est nimis deli-  
catis lectoribus , quos  
vibrata punctim oratio  
grauissime vulnerat. Nā  
ne punctiunculae istos  
exanimet, florē tuum  
præferunt , qui recreet.  
Nimirum non inanes  
flosculos conjectari, sed  
(ut est in proverbio )  
ROSAS LOQUI vel inter

aculeos dicar, qui meæ  
dictionis asperitati Vr-  
sini nominis immisceo  
suavitatem. **V A L E.**



**APPRO**

---

## APPROBATIO.

JOANNES CLAVDIUS DE  
VILLE in sacra Theologia  
Doctor in S. Pauli Lugdunen-  
sis Canonicus, & in hac Dice-  
ssi à D. Dionysio Simonis de  
Marquemont Illustrissimo &  
Reuerendissimo Archicriſco-  
po, in librorum censuram in-  
cumbere iussi: fidem facimus,  
nos *Orationes P. Ioannis Baptiſti*  
*Fernandi ſewenſ. & Societate I. L. S. V.*  
vidisse, nec in eis aliquid con-  
tra Catholicæ, Apostolicæ, &  
Romanae Ecclesiæ ſanam do-  
ctrinam aut bonos mores inue-  
nisse. Lugd. 22. Maij 1625.

DE VILLE.

**CONSENSVS**

**D. Procuratoris**

**Regie**

**O Rationes Ioan. Baptista  
Ferrarij Senens. e' Socie-  
tate I-E S V, ego Consiliarius  
& Procurator Regius typis  
mandari, & in lucem expo-  
ni consentio. Lugduni 23.  
Maij 1625.**

**P V G E T.**

**ILLIV ED**

**PER**

**4 5**

**PERMISSIO**  
*D. Locumtenentis*  
*Generalis.*

**O**RATIONES IOAN. BAPTIST.  
FERRARIJ SEMIN. E. SOCIET  
tate IESV à Ludouico Prost,  
Hæredit Rouille Bibliopo-  
la Lugdun. in lucem dari  
permittimus ac ne quis, ei-  
tra factam ei potestatem,  
denuo excudat interdic-  
mus. Datum Lugd. dic 24.  
mensis Decembris 1625. v

# DE CHAPONAY.

---

---

# ORATIONVM

## Syllabus.

- I. **V**irgo tota pulchra.  
fol. i
- II. Cælestis ad Virginem legatio. 31
- III. Virgo in montibus peregrina. 31
- IV. Natalitia Sobi aeterni  
Nor. 38
- V. Rachel plorans filios suos. 49
- VI. Morientis Dei prodigii. 69
- VII. Pontifex dolorum. 85
- VIII. Parricidium. 98
- IX.

<b>X.</b>	<i>Imigne ac spiritu Do-</i>	
	<i>minus.</i>	102
<b>XI.</b>	<i>Dominia amori et Iesu.</i>	
		104
<b>XII.</b>	<i>Beatum incendiū.</i>	120
<b>XIII.</b>	<i>Celō donata Terre syr-</i>	
	<i>dana.</i>	131
<b>XIV.</b>	<i>Puer natus coram</i>	
	<i>Dominis.</i>	142
<b>XV.</b>	<i>Infantis Dei corona.</i>	150
<b>XVI.</b>	<i>Sol alter.</i>	158
<b>XVII.</b>	<i>Catharina vulnerata</i>	
	<i>charitate.</i>	174
<b>XVIII.</b>	<i>Pia Nobilitas.</i>	180
<b>XIX.</b>	<i>Francisca Romana, id-</i>	
	<i>cōque celestis.</i>	192
<b>XIX.</b>	<i>Ex milite Imperator.</i>	
		199

**XX.**

XX. Vir linguarum omnium.

222.

XXI. Syriacus Tybantina. 235

XXII. Hebraicae lingue suauitas. 245

XXIII. Hebraicae Musae. 266

XXIV. Stephorij extincti laurea Cupressina. 279

XXV. Etas flora. 291

XXVI. Litterarum etiam. 301

XXVII. Litterarum etiam. 311

XXVIII. Litterarum etiam. 319

XXIX. Litterarum etiam. 329

XXX. Litterarum etiam. 339

XXXI. Litterarum etiam. 349

XXXII. Litterarum etiam. 359

XXXIII. Litterarum etiam. 369

XXXIV. Litterarum etiam. 379

XXXV. Litterarum etiam. 389

481

XX



# VIRGO TOTA PVLCHRA.

**N**tandem aliquando, Auditores, quā vlla sine labe pulcherrimā, hoc est, dignam se matrē fertili præpotens mēte genuit sibi Deus: sterili filiam vtero anus Anna concepit. Quanquam ego verius anum hāc prodigiosè fertilem dixerim, quicquid vspiam pulchri

A

est in vna puella pariturā.  
 Prægestit animus nūquam  
 antea visæ , adhuc latentis,  
 pulchritudinis florem fa-  
 gaci visu prælibare. Expe-  
 ditus, opinor, accessus erit:  
 nostrate enim in horto in-  
 usitata floret pulchritudo.  
 Iucundus etiam viso flore  
 fructus existet voluptatis:  
 florem enim maternæ in  
 sinu stirpis hærentē intue-  
 ri iucundissimum est. Agi-  
 te igitur, Auditores, Annæ  
 parētis in vtero, facro tan-  
 quam in hortulo efflores-  
 centem diuinī sapientia  
 spōsi ad miraculum usque  
 clabo

elaboratam augustissimæ  
 sponsæ formositatem me-  
 cum intuemini. Atque ut  
 iucundius intueamur; spon-  
 sae opificem suæ inter opus  
 canentem sponsum: neque  
 opere solùm, sed cantu ctiá  
 singula venustatis decora  
 perquam venustè expri-  
 mentem audiamus. Ergo  
 canori panegyrici caput  
 est, quod in pulcherrimi  
 structura corporis eminet,  
 capitis decus. *Caput tuum, Cant. 7.*  
 inquit, *sicut Carmelus.* Ut  
 enim sublimi fastigio ille  
 cœlo, quam terris propior  
 indigenis montibus super-

eminet; sic tu fœminarum  
 formosissima humanæ ma-  
 ieſtatis modū decora pro-  
 ceritate excellis, ac toto  
 vertice ſuprà es. Nec tot  
 idem præterea natiuis ar-  
 busculis, floſculisque co-  
 ronatur, quoṭ ipfa virtutū  
 ornamentis viges, formæ  
 laudibus flores. Potuit in  
 te ſanè liberalior cū virtu-  
 te forma florefcere, in qua  
 veteris culpæ spinæ, tribu-  
 líque, propagatū in omnes  
 posteros bonę ſemētis exi-  
 tium, locum non habue-  
 rint. Ut mirandum nemí-  
 ni fit, ſi communem ho-  
 minum

minum staturam augusta  
 magnitudine excedat, quæ  
 seruile sceleris hæreditarij  
 iugū non subierit. Quidni  
 autem à terris in cœlum  
 ex crescet cœlo dignior,  
 quam terris pulchritudo?  
 At ecce proceræ pulchri-  
 tudinis regius vertex colo-  
 re rutilo capillatur. Enim-  
 verò verè canitur, *Comæca-* *Can. 7.*  
*pitis tui, sicut purpura Regis*  
*vineta canalibus.* Regalem  
 facile purpuram æmuletur  
 coma, quam non antiquæ  
 labis origine sordida deri-  
 uatus depravatæ naturæ  
 turpis fucus infecit: sed in-

genuum diuini Amoris  
pigmentum præsentissimo  
illapsu colorauit. Nunc  
benè sperare mortales mi-  
seri iubemur. Nostra iam  
præda fiet Deus. Purpureus  
illū crinis regiis nodis im-  
plicabit. Auditifne? Opi-  
fex fatetur ipse vim crinis

*Cant. 4.* huius. *Vulnerasti cor meum,*  
*inquit, soror mea sponsa in*  
*vna crine colli tui. Si vel vnu*  
*mollissimus capillus acu-*  
*leum habuit ad vulneran-*  
*dum: cur non omnes rete*  
*contexant ad capiendum*  
*nobis Deum? Nullo enim*  
*negotio capitur vulnera-*  
*tus.*

tus. Itē nunc, & Megaren-  
 sis Nisi cæsariem ad breuis *Ouid. 8.*  
 Imperij superstitionē falsa *Metam.*  
 pūrpura fucate canora  
 mendacia poëtarum. Sine  
 fuco , & fallaciis tandem  
 purpurat *crinis*, cuius re-  
 galis color cœli, terrarūm-  
 que Reginam æuo sempiterno regnaturā declara-  
 uit. Iam verò nostros in se  
 oculos conuertit *insolitus*  
 oculorum nitor. Ita enim  
 perspicui *Oculi tui*, sicut pi- *Cani. 7.*  
*scine in Hesebon.* Tanti est è  
 naturæ fontibus natuæ li-  
 mū labis nō trahere; ut vel  
 in oculis liquido purior

stagno illimis transflueat  
 integritas. Par erat præter-  
 ea pellucidos oculos hoc  
 etiā supinas aquas imitatos  
 non aliò , quā in cœlū esse  
 conuersos : vt parem sibi,  
 suóq; dignā obtutu stella-  
 rum illustrē pulchritudinē  
 intueretur. Pergite formo-  
 sissimi oculi , pergit cœlū  
 contueri. Auguror enim  
 vos , gemella terrarum sy-  
 dera , syderum Imperatori  
 nitida nictatione , nutúq;  
 suasura , stellas vt omnes  
 cœli vobis posthabeat : vt  
 sol ille sempiternus vestrā  
 præproperus ad lucē ver-  
 no

no tempore autumnet in  
 Virgine. Nunc ex oculis ad  
 genas, hoc est, è syderibus,  
 & fontibus ad flores ille  
 nos appositè cantus vocat,  
*sicut flos mali punici, ita genæ Cant. 4.*  
 tuæ. Nam gemini syderis  
 almæ luci apricæ , gemini  
 fontis rore puro irriguæ  
 quóná alio pulchrius ver-  
 nátes genæ , quàm regiam  
 coronam præferente mali  
 punici flore purpurasce-  
 rent? Regium ego florem  
 tuum , diuina virguncula,  
 pudorem singularem sanè  
 dixerim , qui suamet pur-  
 pura meritò coronatur, ac

regnat inter cæteros: quòd non priuatæ solùm inquianamenta vitæ, sed toti etiā posteritati cōmunē paterni facinoris maculā inaudito antea miraculo erubuerit, ac fugerit. Sed non ridet minus in labris, quā floreat in genis ingenuus

*Cant. 4.* rubor. *Sicut enim vitta cocinea labia tua. O labella, pudoris, amorisque vittæ suauiter tenaces!* Seu vos pudor astringat, vt parcè verba laxetis: seu vos amor relaxet, vt incomprehensibile Verbū indissolubili nodo astringatis. Astringere

gere facile poterit cuiuslibet  
 nexu criminis semper  
 soluta. Deus ipse decorum  
 sibi ducet eius esse captiu-  
 um, quæ in cōmuni hæ-  
 reditarię culpæ captiuitate  
 sola libera sit. Rideat iam,  
 quas olim demirabatur  
 Gallici Herculis commen-  
 titias vires catenatos auri-  
 bus populos erudito tra-  
 hentis ore temerè credula  
 mortalitas. Hercule for-  
 tior Virgo brcui, sed ama-  
 bili verborū ambitu tan-  
 quam vitta coccinea non  
 hominū cōtum aliquem,  
 sed ipsum detrahet cōlo

Deum. Parce igitur, parce  
 vetus fabula, Deos, Deásq;  
 Homer. Iliad. 8. omnes aurea de catena su-  
 spendere, qua deligatum  
 Iouem irrito conatu cæclo  
 deripere laborent. Virgi-  
 neus labor est, íisque perle-  
 uis tenui. Deum vitta vin-  
 cire, vincitumque deduce-  
 re. Venies breui, captiuus  
 Virginis, venies maxime  
 Imperator: in breue cor-  
 pusculum temet cōtrahes  
 ad amplexū: purpurea la-  
 bia, tua vincula, oscula-  
 beris. Tunc sanè delibata  
 suauitas in carmen illud  
 suauissimum eliquabitur,

*Fannus*

*Fauus distillans labia tua, Cant. 4.*  
*sponsa: mel, & lac sub lingua*  
*tua. Nimirum lacte mihi*  
*non modo ex ubere, ve-*  
*rūm etiā ex ore scatet suauissimo*  
*fæta candore ma-*  
*terna virginitas. Cæterūm,*  
*si purpureis labra illece-*  
*bris deuincient ad oscula,*  
*quibus colli nitores nodis*  
*Deum pertrahent ad am-*  
*plexus? Aureis equidem di-*  
*xerim. Deus ipse mihi cō-*  
*cinit: Collum tuum, inquit, Cant. 1.*  
*sicut monilia. E monili hoc*  
*preciosissimo, cuius aurum*  
*obryzū sordis natuæ de-*  
*spumādam scoriam non*  
*habuit,*

habuit, quænam gemma  
 penderet aptior, quam cō-  
 plexu illigatus arctissimo  
 infans Deus? At vos mam-  
 mæ sororiantes. ut expor-  
 rectis liberaliter papillis  
 vestrum ad nectar Numen  
 inuitatis! Erit illa dies, aut  
 verius illa nox nouo sole  
 illustris erit, quæ suarum  
 vbertate deliciarum bea-  
 tissimum tuorum inhiare  
 vberū suavitati Deum vi-  
 debit. Audiet etiam iden-  
 tidem à pupulo maximo  
 tenerum id carmen lallari,

*Cant. 7.* Vbera tua sicut botri vinea,  
 cùm à communi fructe pu-  
 ro,

ro, merōque matris liquo-  
 re ebriolus næniolam sibi  
 balbutiet dormituro. Per- *Cant. 4.*  
 placet interim gemina vos & 7.  
 vbera hinnulis capreæ ge-  
 mellis comparari, qui pa-  
 scuntur in liliis. Pascite cir-  
 ca virginis cordis lilietum  
 bellulæ damæ, geminæ  
 mammæ: fugite puros casti  
 fanguinis succos, quos in  
 lacteos rores lactenti Deo  
 cōuertatis. Virginis enim  
 sanguis candore amico fa-  
 cillimè lactescet. Hac præ-  
 terea laudem cum hinnu-  
 lis mamillæ amabiliter ge-  
 minatis, quod oculos fu-  
 gitis

gitis hominum. Vni vos  
decet cicures esse , ac tra-  
ctabiles Deo, quæ vel hu-  
manum longè aspectum  
cauto pudore declinatis.  
Vultusne iam fœcūdæ pul-  
chritudinis florē suo cum  
fructu intueri? Quidni ve-  
*Cant. 7.* litis? Venter tuus sicut acer-  
uus tritici, vallatus lilijs. Ad-  
miramini insolitum virgi-  
nitatis decus, vt incorru-  
pta , & frugifera sit ? Ego  
verò potius admirer ibi  
triticum posse existere, vbi  
*Virgil.* *Infelix lolium, & steriles do-*  
*eclog. 5.* *minantur auenes;*  
quàm vbi virginali lilia  
vallo

vallo à primigenia noxæ  
 senticeto liberum , & va-  
 cuum spatum relinquunt  
 fœcunditati. Prodigio si-  
 mile existimatis diuinum  
 virginitatis fructū inermis  
 lilici innocentī sepe posse  
 vallari. Ego verò aio ita  
 virginalis lilij candorem  
 aculeatum esse, ut verenda  
 specie statim oculos feriat,  
 animos percellat , abster-  
 reat manus. O nobis in  
 summa bonorū omnium  
 caritate salutaris frugis  
 opportune fertilem virgi-  
 nitatem ! Illo illo electorū *Zach. 9.*  
 frumento enutrita, & sagi-  
 nata

nata mortalitas ad felicitatis immortalitatem adolescet. At bene habet: ad calcem operis ventum iam est: supremā formosis pedibus manū imposuit Artifex: cum ipso libet Arti-  
*Cant. 7.* fice plaudere, *Quām pulchri*  
*funt gressus tui in calceamen-*  
*tis, filia Principis!* Instar omniū prior ille gressus esto,  
 quo cum cæteræ imbecillitas infantiæ per auiti lubricum cœnum criminis  
 non sine prolapso replet ad vitam, tu diuinæ opis aureo integumento  
 calceatum pedem incontamina

taminatum promouisti ad  
sanctitatem. Ut vnuſ ille,  
& princeps synceræ plenus  
maieſtatis incessus non ē  
noſtratibus te fœminis ali-  
quā priuſ captiuam, quām  
libertam: ſed liberam præ-  
potentis filiā Principis ar-  
guat, vnamque omnium  
Principem fœminarum. Et  
miramur, ſi, quam diuinis  
cumulauit ornementis:

— formamque dedit, qua Ouid.  
fœmina naſci Metam.  
Nulla potest,  
(gloriabundus adeò præ-  
dicat Deus ipſe opifex:) 10.  
operisque ſui concepit amore:  
nouó

nouóque amoris miraculo eandem sibi filiam , parentem , & sponsam delegit, vt quo pluribus posset nominibus opere formosissimo delectaretur ? Nos quoque in amorem tui rapis , Virgo pulcherrima nobis ex istis materni ergastuli tenebris affulges illustrissima, tuique syncerū conceptū luce retegis tute nobis Parentem , Pacnam , Reginam , vt multis nominibus quam charissimi tibi simus , nuncupamus:tua tibi singularia decora gratulamur:& quan-

do

dovnus, qui tam bellè te  
decorauit, gratulari pro  
dignite tibi sponsus po-  
test, tuis victi meritis mira-  
bundi obmutescimus.

*L. D. B. Q. V.*

*COELESTIS*  
*ad Virginem legatio.*

**P**Ecce est, beatè est, A.  
Cœlestis orator ho-  
ninū causam feliciter per-  
trauit ad Virginem. Pero-  
ata felicitas in vtero vir-  
inali fœcundo cōpendio  
concluditur. Post felicissi-  
mam

mam perorationem quid  
orationi superfit mæ; nisi  
vt recentia gaudia iucūda  
cōmemoratione cōgemi-  
net? Agite igitur, accipite.  
Ad terras præmittitur iu-  
uenili sub imagine diuini  
conceptus è cælo nuntius.  
Decuit enim mox illa pse-  
ram profusæ diuinitatis  
pluuiam, pulcherrimam in  
specie colorata Iride præ-  
nuntiari. Ambitiosè credi-  
derim humano vultu præ-  
isse Angelum, vt, quæ lice-  
ret, corporandū imitare-  
tur Deum. At quò deuius,  
humilisque deuolas Ga-  
briel?

bricē? Magna legatio magna  
 rūm vrbium aulis, non  
 excipiēda Nazaræis vide-  
 tur angustiis. Sed angustū  
 Cœlitibus est, quicquid  
 terrenum est. Quid enim  
 vel maximē vrbes præ cœ-  
 lo videantur, nisi maculæ  
 quædā? his magnæ solum,  
 qui cœlum nesciunt. An-  
 gustiores præterea oppi-  
 dulis crāt amplissimæ gen-  
 tium exterarū vrbes, quas  
 Deorum sacrilega turba,  
 quas vitiorum fœda collu-  
 uies oppleuerat. Quod si  
 Nazareth, floridū nomen,  
 vi vocis amabili florem re-  
 dolet:

dolet: quo quæso tempore  
stiuius in loco flos campi  
nouellus concipi potuerit,  
quàm vbi loci nomen ipsū  
floreret? Neque tamē Na-  
zareth nomē aut pulchritùs  
floruerit vnquam, aut flo-  
rem suauius oluerit; quàm  
cùm concluso Virginis in  
hortulo vere primo con-  
ceptus virginei sanguinis  
flore vernat Deus. Nunq.  
enim uero,

*Nunc ver purpureum, nunc  
formosissimus annus;*  
cùm diuina formositas ge-  
nitabili sanguine corporata  
floridè purpurascit. Quod  
igitur

igitur præstantissimorum  
nemo pictorum possit, una  
potest Virgo virginæ ma-  
terni sanguinis minio Dcū  
hominibus ad vinum co-  
locare. Nunc tandem quæ-  
renti,

— *Quibus in terris inscripti Virgil.  
nomina Regum* eclog. 3.

*Nascantur flores.*

Nazaræum habeo florem  
ostendere, cui postmodum  
in Caluariaz aprica transla-  
to regium genus, naturalis-  
que diuinitas Regis meri-  
to nomen inscribet. Cæte-  
rūm in florei nominis vrbē  
Virgo reperitur. Parcerat

B

nimirum in florentissimo  
loco candidum florem nō  
desiderari. Ad Virginē di-  
uertit è cælo cœlestis ho-  
spes. Cœlitibus enim, ac  
Virginibus hospitalis ami-  
citiæ candidā tesseram de-  
dit incontaminatæ similis  
candor integratatis. Quan-  
quam cœlesti hospiti pa-  
trium cœlum videri potuit  
hospitium illud, in quo la-  
etatem virginalis pudicitiæ  
viam, candore notabilem  
ipso, illabéti mox per viam  
Deo nactus esset. Virgini  
deum salutē venerabun-  
dus impertit Angelus. Im-  
pertit

perrit autem & imò sonera-  
 tur. Verbis enim importita  
 salus foecùdò Virginis pro-  
 digio roddēda est cuni fœ-  
 nore corporata. Verùm ad  
 honorificam salutantis vo-  
 cem turbatur pudibunda  
 Virgo. O quam decens tur-  
 batà virginitas, dum suffu-  
 so pudore coloratur in ro-  
 sas! O pudorem candidæ  
 matris rubicundum filium!  
 O fermissimā florum Na-  
 zareth, quæ rosas liberali-  
 ter producis & in hortulis,  
 & in gehis: Ne metue vir-  
 ginari; ne metue paritura  
 Virgo. Si fructus indoles

flos est quae campi bullæ illi  
 bat flores pudore jubarata  
 paries. Flos filie virginicus  
 virginis specimen partus est  
 Augurorum Draconis ab his in  
 hoc enim. Neque enim alio  
 precepsibus in cornu ac pla-  
 ne coelestis pudoris flos,  
 quam distinctum fructu prohi-  
 betur. Ignorandum incepit  
 vere. Virgo purpureo pu-  
 dibu hida flore sua nullus  
 verhat; verius e Virgine  
 quam ex Arietis, vel Tauri  
 astro florida veris amoeni-  
 tas inchoabitur. Tu vero  
 ag; annas coeli, terrarum  
 que votis: induerit Deo in  
 fructum

fructuosa Virgo florantissima  
 fructuosa chim nobis sic  
 ipso pudoris tuī toseq. vere  
 autumnum repræsentabis  
 Ite in prærogativa duplice  
 singularis purpureum . ve-  
 recundo vultuver, saluta-  
 rem secundo vnto autum-  
 nitatem præferes. Annue.  
 Quidquid potui , dices,  
 annuedo sciam quos ad mihi  
 tuus, reipd sub fidere vide-  
 bis properasse folio ad Virginem. Annue. O quam  
 dulce, dices, annuisse ! cùm  
 tuis�duo è papillis Amo-  
 ri instillatum lac , mellita  
 per oscula vbertim repetes

blandissimo scum, scenoce  
suauitatis. Sed ecce tandem  
annuit pudicitissima Virgo.  
Haec tenus nostra gaudia  
intueri, haec tenus profani li-  
cuit. Nunc prodigum lucis  
Numen arcana miracula il-  
lustri caligine obumbrat:  
ad nitidissimam ymbram  
conniuicium est. Nunc in-  
fans in utero sapientia ob-  
mutescit, et mutata sapientia  
silendum est.

Ad hanc uerba, quae deo-  
rum adiutori, probatoz sub-  
-om A d i s q u o l i R G o i  
apollini, dei patrum illarum  
et eorum ministrorum, statu-

---

# VIRGO IN *montibus peregrina.*

**O**rporato nuperrimè  
Deo nostræ in valli-  
bus mortalitatis peregriná-  
te, peregrinatur hodie in  
mótibus diuina Mater. Di-  
uinis peregrinis ambulan-  
tibus, indecorum videtur,  
arque inurbanum quiesce-  
re nos, A. Quoniam verò  
corum alterum gigantæo  
incessu exultantem ad lon-  
gissimam toleratiæ curren-  
dam viam, alterá Amoris,  
quo focta est, alis ad mon-

B 4

tana properantem conse-  
qui corpore non possumus;  
volucri mentis obsequio  
comitemur. Vtrique gra-  
tus, vt opinor, comitatus  
hic noster erit; si viatoris  
vtriusque viam cōferamus.  
Igitur cœli apex Diuinitas  
liberali sese pondere abie-  
cit ad terrā: vt iter homini  
sterneret in cœlum. Vingo  
etiam maxima riuox mira-  
culo tū se maximè demit-  
tit, cùm cōscendit in mon-  
tes. Car enim altissima mó-  
tium iuga depresso illi con-  
ualles non sint, quæ subdi-  
tum vtero gerēs Deum in-  
finitam

signata. Numquid se missari  
 taxem tuto pectoro, ac mer-  
 tiice superominet? Quicdi  
 quod ambo suis c pedantia  
 libus, ille caeli, calefit haec  
 domus, in eunte yerso egrem  
 diuntur? Vernare nimirum  
 annus debuit, dum prodit  
 rot in publicam sive sol divi-  
 shnitatis, sive flos virginini-  
 tatis. Quid quod uterque  
 sine yectore festinat? Estat-  
 ui. Vtrique yector amanti.  
 Amor est. At vos auia ru-  
 pes periuia decimales in  
 planitatem, quando primum  
 fastigium humanarum, Deo  
 foecunda Virgo sese incli-

B X

nat ad vos. Quamquam tam  
mere vos decet, ac superbi-  
re, sublimi quæ vertice su-  
blimius aliquid, quam sy-  
dera, hoc est, syderū tangi-  
tis Imperatricem. Vos quo-  
que nudæ cautes florem in-  
ducite; floridū incedenti vor-  
Virgini substerrete. Qui-  
quam vulgati flore non in-  
digetis, quæ pulchritus le-  
gissima Virgine florescitis.  
Emollescite sitiēti in liqui-  
das fontium perennitates  
arida saka sed aruistis, opini-  
nor; quod pudet. scatere  
vos, dum puriorum defessi;  
iam puellæ marinorea iros

fonte exudat. Plaudite praeterunti aurarū sibilo, auiū  
 cātu mutæ solitudines. Scd,  
 nisi fallor, obmutuistis:  
 quòd obstrepere dedecet  
 vos suauissimo virginalium  
 concentui superiorum. O  
 mōtes, quos diuina hospes  
 calcauerit, excelsissimost  
 Theffalū vobis Olympum  
 ego longè posthabeo: quā-  
 uis immixto ille syderibus  
 capite suum cœlo nomen  
 impresserit. Excelsius enim  
 est à terrenis diuina, quām  
 celestia contingi. Vnum  
 tibi, montana Virginis via,  
 calcatū Deo Calvaria mō-

tem habeo cōparare: quòd  
 vterque non astra cōelo in-  
 fixa, sed affixum vel arboris  
 truncō, vel Virginis vtero  
 diuinum solem attingere  
 potuistis. Iam verò agite le-  
 tæs auræ, gemino quā cōeli,  
 quā vteri sole æstuantem  
 Reginam refrigerate. Satis  
 iam laboriosi calore itine-  
 ris materni vultus candor  
 irrubuit: satis pro ludēs filio  
 Mater decatatam illam fa-  
 nebrem aliquando collem  
 ascensiū candidam, & ru-  
 bicundam imaginē repræ-  
 sentauit. At benè est. Festi-  
 nante cum Virgine sui cur-  
 sus

sus metas tenet oratio. Virginalis beneficia festinationis melior perorat orator, infans è matris vtero Ioánes, in illo silentij ergastulo, dum totus lætitia gestit, toto corpore eloquentissimus. Huius autem lætitiae summa perorationis ea est, tenera hominum etatem Dei Filio, divinaque Matri esse charissimam, quam sibi primùm viuendam alter, sibi altera properè visendam, certatim uterque protegendam, ornandamque itinere similimo suscepérunt.

*NATA*

# NATALITIA

## Solis aeterni Nox.

**N**Agientis inter homines Dei nocturna miracula balbutiētem oratorem ad dicendum excitarunt. Neque enim dederet balbutire me , dum vagit Deus. Si quid ego incōditum , aut asperum sonabo ; tenebris ille diuini infantis vagitus , pacifera cœli næniola terris blādita mitigabit. Vos interim nascēntis Dei recētia spectacula , tenebras inter adultæ noctis

noctis ad Amoris faciem; &  
 lucem edita menses demira-  
 riuntur. Placidissima pax ter-  
 ras iam universas tranquil-  
 lat. Decuit enim scrutia  
 terrarum odia silere, dum  
 noua Amoris bella elegit  
 Dominus, quibus effratos  
 hominum animos humau-  
 ram ipse naturam induitus  
 humanissime expugnaret.  
 Haec etiam maxima gemitum  
 Imperatrix Roma, felicio-  
 rem imperio subiusta ser-  
 uitatem; dum generis hu-  
 mani capita singula recen-  
 fet ad superbam imperij glo-  
 riam; secum vincendos, qui  
 tum

tum viuentib[us] hominibus ydri  
 etori Christo numerat ad  
 illustrem diuinæ victoriae  
 prædicationem. Enim uero  
 gloriosior Roma fuisse  
 erat si, ydri a omnium ho-  
 minum ascensione omissa,  
 numerare ydri didicisset  
 inter homines Deum. Mi-  
 randum iam non est si lo-  
 cus si non fuerit in diuina  
 serie, qui neque in hominum  
 numen animalis haberet ho-  
 spitium. Ig[ne]liur hyemavit in  
 campis Amor, ydri a mun-  
 do bello mortuus in Cruce,  
 Cœlestem hospitium exca-  
 pit male materia tum rugi-  
 rum.

riūm. Quid enim præter  
 tuguria iñueniret, qui cœ-  
 lum reliquisset? secedit in  
 suburbanum antrum pari-  
 turā Virgo cum sanctissi-  
 mo cōiuge Iosepho. Non-  
 dum enim vrbes virginis-  
 tas, & sanctitas incolebant.  
 Hic effuso in preces utri-  
 que per illius parietinæ pa-  
 tentes rimas qualia è coelo  
 gaudia, felicissimi partus  
 omina, impluebat! Hyems  
 erat summa, tempestas per-  
 frigida, intēpesta nox hy-  
 bernæ frigora geminabat:  
 sui cùm Amoris calida sol-  
 stitia properauit natus re-  
 pentè

pentē sol; vt brumali nocte  
 cōtracta vitalis æstatis lon-  
 gissimam diem repræsenta-  
 ret. Iam verò quis tibi li-  
 quidissimæ voluptatis fuit  
 sensus, ô virgo! cùm fœcun-  
 da virginitas singulari mi-  
 raculo peperit Deum. Par-  
 erat nimirum, dum felici-  
 tas pareretur, non aliam  
 præsto esse puerperæ ob-  
 stetricē, quam voluptatem.  
 At heu vagit nata felici-  
 tas! frigore tremit nudulus  
 Amor! Ah parcite mala fri-  
 gora, parcite mollicellum;  
 adurere puellum, quem sa-  
 tis diuinus calor adussit.

Parcite

Pascite gelidi ventorū tur-  
 binis niueum perflare cor-  
 pusculum. Non suq[ue] vestri  
 iuris candiduli corporis hæ-  
 niues, quas non hybernūm  
 sydus, sed Amoris æstus It-  
 ro prodigio coëgit. Parti-  
 te boreales animæ arcanae  
 amantissimi corculi flam-  
 mulas euentalare. Heu ni-  
 mis euentalata viuas oris  
 pulcherrimi niues cliuant  
 in lacrymulas. O lacrymu-  
 las salutariū dolorum gem-  
 mica tyrocinia! Hyems nul-  
 la frœcondiori icrigua im-  
 bre pernaduit: nulla nox  
 puriori bacata rore gem-  
     mauit.

maut. At nos sagrestes pa-  
 lœ Regis aquæstus macræ re-  
 gia purpura nobiliores, ne  
 vestra asperitate læso cor-  
 pusculorū crudeliter purpu-  
 rascite. Vos quoque tenere  
 substrata capiti hybridula  
 gramina, dum liberatorem  
 meū ob sidionali veluti co-  
 rona ueligitis, ne pungite.  
 Hoc quām vider, ne quis  
 aculeus, ne qua occulta spie-  
 na tenerat ante diem froni-  
 ti sese ambitiosè insinuans  
 sanguineis punctiūculis se  
 colorat intosamib. Tixi  
 quid sagisi Mater? Quid  
 asperis tenemū pānis Amo-  
 rem

rem intoluis? Purpureæ re-  
 gium putinum fasciolæ de-  
 cent: purpureus color decet  
 Amorem! Sed in ascens ru-  
 sticatur: Amor hinc rusticō  
 moto, opinor, mauile esse  
 pahnossas. Exit illa dics, erit,  
 cum in urbe regna doloris  
 initurus è prætoria fese aro-  
 ce in purpura spectabiliter  
 dabit ciuitati. Sed præstid  
 iam sunt deuamenta frigo-  
 rix. Reciprocantis spiritus  
 calidæ vices è brutarum pe-  
 ñore animatum oleum  
 anima refiates frigora tem-  
 perant. Adeò plæct Amori  
 ciliæ, qui afflatur è corda.

Atqui

Atqui alium inhalari sibi  
 calorē malit frigidulus in-  
 fans. Tuis, Virgo, amplexi-  
 bus, tuis osculis cupit inca-  
 lefcere. Viden, ut hiante la-  
 bello blādissimè ridēs, bra-  
 chio la exporrigit? Quidni  
 te suspireret è præsepi, qui de  
 cœlo properauit ad te? Be-  
 ne est, abundè est. Maternis  
 hæret amplexibus tremu-  
 lus pupulus. In tam beati  
 amplexus vinculum sponte  
 captiuus accurrit. Incaluit  
 sanè puer, incaluit vicissim  
 Mater. Sed calor pueri si-  
 tim fecit. Quo iah⁹ nostare  
 ditina sitis. tūtaperetur in  
 terris?

terris & ipsa dignum Deo nec  
star inuenit? Virginco pen-  
det ex vbere lactens Deus.  
Virginis tandem in sinu me-  
dia hyemic lilia inuēta sunt,  
inter quā cœlestis apicula  
pasceretur. Lacteū hīc ro-  
rem delibās salutaria mihi  
sui mella sanguinis elabo-  
rat. Illo, illo lacte saginatus  
Amor lacteum mihi se col-  
liget in orbē , castissimum  
mihi lactescet in epulum.  
Inter hæc effuso in terras  
cœlo , pacem hominibus  
Cælites concinunt. Debuit  
cœlum paciferā terris næ-  
niam; dum vagiret in terris  
pacis

pacis Deus. Sed ille diuini  
 vagitus infantis claro Cæ-  
 litum cantu suauius mihi  
 pacé sonat. Neque tamen  
 in gratissimo somno sepul-  
 tus orbis vel coelesti carmi-  
 ne; vel diuino vagitu exci-  
 tatus est. Quid autem ve-  
 rissimo infantis Dei mira-  
 culo non infirmiret cæca  
 mortalitas, quæ multiplicis  
 Deorum metamorphosis ya-  
 nissimis diu somniis inui-  
 gilasset? Cæterum in tam  
 misera quiete pauci Pasto-  
 rum peruvigiles inuerti sunt,  
 qui cœlesti vobet ad noua  
 miracula exciti eam esse

Beth

Bethleemici agri fertilitatem viderunt, ut in illo nasceretur Deus. O vos felices, qui mortaliū diligenterissimi ad tam salutare beneficium noctu vigilaſtis! O illos miseros, qui natam ad salutein cōniuentes vel interdiu dormiunt!

---

*RACHEL*  
*plorans filios suos.*

**A**T ô regalium arbiter  
consiliorum maxime  
Regum Deus, quid iste fert  
in omnium pace terrarum  
armatae Regiae tumultus? O

C

quicquid in cœlo fulm  
lentum, atque otiosum  
propera, prohibe hoc  
mano maius, vno dign  
Herode scelus. Adeóne  
manitatis domiciliū vi  
na te Regia efferauit, i  
amentissime: ut neque  
pidantium squalore  
trum, neque lactetium  
nocentia moueare lib  
rum? Vos etiam nimis  
distis detestabile imp  
satellites; cæde tam in  
desistite. Quòd si crud  
bus certū est occidere,  
tem vulnere abstinet. S  
communatio, ac tristis

gor armorum facile ante  
 vulnus timidos exanima-  
 bit infantes. Heu me sco-  
 pulis cano! Non exaudior.  
 Precibus altius meis furor  
 aulicus obstrepit. Ecce in  
 theatrum frequetissimum  
 teneris infantibus, non ad  
 bestias, sed (quod peius est)  
 ad inhumanos homines  
 dñnatis, efferaati carnifices  
 ferarum loco velut caueis  
 emissi vndique impetu fa-  
 ciunt. Malè scilicet ad stra-  
 gē hanc immitterentur fe-  
 ræ, quæ lactea ætatula deli-  
 nitæ feritatem dediscerent.  
 Bene tuos lanistas ad omnē

pietatē ferreos in aren  
 producis Herodes; quar  
 te digno Ædile ludūs  
 tur crudelitati. Pasce i  
 oculos, animūmque ad  
 spectacula oculatissimi  
 ad omnē humanitatis l  
 dem cæcutiēs Tyranne  
 singula etiā, hoc est, ad  
 numerabilia vulnera tū  
 trali plausu ( si par fui  
 vox est ). Hoc habet ex  
 ma : diligenter obserua  
 que in infinito cedentii  
 & cadentium numero  
 mera ( si potes ; ) quín  
 certius ad minimos cor  
 sculorum scopos collin  
                                   quín



quínā altiùs mollissimis iugulis mucronē imprimant;  
 ut strenuæ præmia immanitatis sanguinarij armis  
 promeritos armillis dones  
 Myrmillones tuos. O spectaculum humanis oculis  
 luctuosum, Herodi iucundum , quia luctuosum est:  
 Vulneratur ipso propemo-  
 dū vulnere minores. Tan-  
 tula corpora maximæ pla-  
 gæ spatiosa sunt. Qui vix è  
 mammis , & materni sinus  
 portu soluerūt, suo in cruo-  
 re naufragium faciunt. Ni-  
 mirum hîc etiam mare ru-  
 brum more suo naufragum

est. Quo viuebant igitur,  
 naufragi moriuntur in san-  
 guine: imò ante penè mo-  
 riuntur, quām vixerint. Vi-  
 tali enim spiritu priùs mor-  
 tiferos enses transmittere  
 coguntur ad cor. Hic hian-  
 te labello appetit vbera, &  
 misera vice pro papilla gla-  
 diū excipit, vnde mortem  
 exugat, animam exhalet.  
 Ille, qui modò audulo mā-  
 mam ore guttatum exhaus-  
 riebat, præciso repente ca-  
 pite matrē vbertim cruen-  
 tus humectat, ingratóque  
 fœnore pro lacte sanguinē  
 refundit. Tu vtrò gemellos  
 immi

imminēte ferro pallidulos,  
 tuum ad sinum , tanquam  
 ad arcem perfugas. qui de-  
 fendas in tuos luctus fœcū-  
 da parens ? Heu malè pre-  
 tium pro filiis lacrymas of-  
 fers, vbi cladē furor anhe-  
 lat. Malè precibus pugnas  
 contra barbaros: malè que-  
 relis pronocas superbos.  
 Ecce vterque vtrinque di-  
 strahitur : vterque piis pa-  
 rentis, impiis hostium ma-  
 nibus in diuersa rapitur, ac  
 tantum non discerpitur. Ut  
 nefciam, vtrum furor , an  
 pietas diuexet, ac discruciet  
 magis. Quid frustrà matris

nomen , opemque tri  
balbutitis infantes? Imp  
dit illa , quas potest ,  
gulas singulis inermes i  
nus: geminas geminis v  
mo in discrimine non  
test: vobis illas ipsi , d  
tenetis , impeditis. Vn  
hoc vna potest duplice  
cæde vestra mortem ex  
riri. Scilicet iustus est vi  
que carnifex : ne plus li  
rorum sibi , quam parc  
obtingat , æquo utrum  
vulnere medium dissec  
Pius etiam scilicet est:  
nesciat mater quam pr  
in partem doloré effund  
parc

parē utriusque doloris ma-  
 teria dimidiatos filios ma-  
 ternis in manibus relin-  
 quit. Quid hīc aget infelix?  
 Quid consilij capiet ambi-  
 guus dolor? Miserum sancte.  
 Intercluso spiritu semiani-  
 mis cadit mater: ut exani-  
 mem utrumque filium pari  
 officio per iter mortis, quā-  
 tum fas est, viua prosequa-  
 tur. At tu puer miserabilis  
 quid è collo matris auulsus  
 tremula supplex brachiola  
 tuum tendis ad carnificem?  
 Ah potius districtum, inci-  
 tatūmque in te gladiū am-  
 plètere. Hic enim facilius

sensu pietatisq; molles.  
Quis iam in faroris lic-  
tia funera numeret? Ve-  
cior fere trucidatis man-  
quam oculus intueris: c  
præsertim piis hic lachry-  
hebetetur ad visum, pe-  
sa illa sanguine aquatui  
scelus. Ut igitur multa  
merem, atque immania  
cinora:plura, atque imi-  
niora ingerit crudelitas  
beralis. Quis enim eos e-  
meret, qui miserè con-  
primulam vitam per su-  
ma oscula matrum in-  
exhalantes iis, à quibus  
cepere, ante usuram re-  
tui

trunt? Qui eos, quibus ex  
 hostili manu delapsis adeò  
 parata mors est, ut obuiis  
 pedibus proterantur? Quis  
 alios, qui dum caute mat-  
 ternis vestibus oculuntur,  
 simplici vagitu se retegunt,  
 innocētes sui ipsorum pro-  
 diores? Iam funestissimum  
 natat sanguine theatrum.  
 Ut post gladiatoriā saui-  
 tiam cruentā naumachiam  
 furor Herodi ludere videa-  
 tur. Iam cauea omnis mo-  
 rientium gemitu, lamētan-  
 tum ululatu circumsonat.  
 Gratum hunc sibi plausum  
 victrix feris excauit. Ja-

perditæ mœrore , ac luctu  
 matres misera orbitatis fo-  
 latia lacera filiorum mem-  
 bra dum conquiruant , non  
 dignoscunt ad tumulum ,  
 quos peperere nuper ad vi-  
 tam . Adeò degeneres vul-  
 tus fecit inusitata calamiti-  
 tas . Si quæ tamen filios  
 agnoscitis , ne tumulate .  
 Vestrum pius hostis offi-  
 cium occupauit . An non  
 videtis , vt excitatis ingen-  
 tibus cæforū cumulis mu-  
 tua omnes ruina tumula-  
 uit ? Non enim habuit mol-  
 liora , & candidiora mar-  
 mora , quæ exderet , atque  
     impo

imponeret. Neque opus  
 habetis lugubres marmori  
 notas, ut mos est, incidere;  
 quas artifex crudelitas vul-  
 neribus satis inscripsit. Sed  
 quis ille puer, qui tenera in-  
 ter cadauera lacero etiam  
 vultu regalem indolē spi-  
 rat? Habet. parta victoria  
 est. Triūpha fortis in pue-  
 ros Rex, triumpha. Impe-  
 ria scilicet fundasti tua.  
 Vastissima strage ista tuis  
 illum regnis formidatum  
 deprehēdisti scilicet, atque  
 oppressisti recens natū Im-  
 peratorē. O stolidissimum *Ma-*  
*caput, & serio Cæsarum* *crob. lib.*  
*2. c. 4.*

ioco

iusqe R*om*pana ex*ar*ce. ex*hi*-  
 b*il*andum. Ut regnum pro*se*  
 pages, regiam generis rui  
 propaginem demetis & ut  
 maximum Regem Deum  
 intercipias, Regulum ho*m*  
 munitionem interficis: nec  
 intelligis dementissime, te  
 more Gigantum cum Deo  
 bella suscipete. Sed iniuriâ  
 Herodi illudimus. Facit il-  
 le, quod Herodem decet.  
 Parentim est cōtaminatissi-  
 mi Tyranni immanitatem  
 lutulentæ belluæ ob*car*pif-  
 simæ vitæ affinitatem par-  
 cere, innocētis verò filij re-  
 gia victimasibilitare; cùm  
     nihil

nihil æquè, atque innocen-  
tiam detestetur. Nulla ta-  
men Erinnys tua, nulla vñ-  
quā placabitur hostia, nisi  
rei ista; ista viscera impuris.  
fama, viscera tūmque nocen-  
tissimum cor vtricis facis.  
lentis ignibus exedet, tuis  
diu pœnis fruitura, & pro-  
digiose inexplicabili te fame  
absumet. Tu laurus, atque  
opiparis epulis rabidū, la-  
tratēmque stomachum ne-  
quicquam ingurgita. Non  
tam delicate esurit dira fa-  
mes. Viuum istud cadauer-  
auet helluari. Race tua ca-  
dauerosum te dixerim, ô  
Rex.

Rex. Nō me patitur adi-  
meritò scatens vermiū  
ditas, crumpés odoris  
uitas : nam quid exist-  
pulchrius, aut suauius è  
leribus tuis? Tc manet j  
terea iusta neruorum c  
tractio, quos in ætatula  
nocentis exitium per si-  
mum nefas intendisti :  
net insanabilis te spii  
difficultas , qui tam fa-  
spiritum innocētibus a-  
misti. Quæres tu quid  
inter medieatę Callirrh  
balneas desperato mo-  
medicinam ; sed igne  
peste istam, quæ tot me  
mis

miserè te discruciat, modi-  
dics aquis obrui posse fru-  
strà speres; cùm tota fusi sá-  
guinis cluuiione restincta  
non sit. Ea tandem supre-  
ma remedia suadecit im-  
patiens dolor, vt cruentam  
tibi manum coneris infer-  
re. Sapiet sanè seuerus hic  
monitor tuus, quòd nullá  
tibi, qui tot immerétes vul-  
nerasti, deberi iustius me-  
diciná ostendet, quám vul-  
nera: nulláque te manu im-  
placabilius confici posse,  
quám tua. Non tamen in-  
diget vulnera flagitij con-  
scius animus. Suis ista me-  
ritis

ritis leuia deditus, ad  
 grauissima supplicia sponte  
 sua erumpet, ipse sibi tor-  
 tor, & carnifex sempiter-  
 nus. At qua vestrā ego cla-  
 dem, laceri pupuli, qua pa-  
 triæ orbitatem digna com-  
 ploratione lamētabor? Ce-  
 cidiſtis nouelli floſculi vi-  
 talis ad Solis exortum! De-  
 floruitis lacteola lilia, ut  
 mucronum inter aculeos  
 sanguineas imitaremini ro-  
 ſas! Occidiſtis vix natæ, que  
 lacteam signatis viam, stel-  
 lulæ, heu ſqualidam, atque  
 atratam patriæ vestræ no-  
 tem relicturæ! Fugiſtis in-  
 fontes

fontes animæ crudeles ter-  
 ras : at nūc vestrīs exutæ  
 corpusculis tenebris cosa per  
 loca exulatis ! Qui nuper  
 inter crepundia cum matre  
 lusitabatis infantes , tādem  
 inter arma cum ipsa morte  
 lusistis ! At iste ludus san-  
 guine vobis , & vita stetit.  
 Qui nondum fari per æta-  
 té poteratis, vt pro Regum  
 Rege in Tyrannum inter-  
 fectorem vestrūm testimoniū  
 diceretis argutuli Mar-  
 tyres : clausistis ora, aperui-  
 stis vulnera, vulnere, quām  
 ore eloquētiores, qui vitam  
 pro voce fudistis. Imò vero  
 quot

quot vulnera, totidem  
panditis, etiam à funere  
cales famæ: ut Regum  
perfatorem I E S U M, Ty-  
norū antesignanum H  
dē cōsequentiū poster  
sæculorū cōtestemini.

*Ierem.* in Rama vox lamenta  
31. audita est: tum plorati  
*Matth.* v lulatus multus; ita lu-  
2. so Bethleemis tumuli  
veteri sepulchro ad cru-  
spectaculū excitata Ra  
filios suos lugubri na-  
deplorauit. Parabam  
dolorē, & lacrymas ora-  
nt abstergere. Sed ne  
consolari, quia non sur-

*MORIENTIS  
DEI prodigium.*

**ORATIO**  
**Ad Gregorium XV.**  
**Pont. Max.**

*In Saccello Pontificum  
Vaticano.*

Rumpet adem, erump-  
pe, quâ licet, ex ore,  
ex oculis, sine Rhetorum  
foco incomptus, sine parti-  
tionis ordine incôpositus,  
Deo moriente, parentalis  
dolor. Leuiter dolet, B. P.  
dolorem quicunque suum  
potest ordinare. Hæc vna  
tristissi

tristissimam orbitatem  
 cet eloquētia confusa  
 rerum vniuersitate fle  
 ter tumultuari. Quāq  
 uātinam confundi om  
 perturbarique tū prin  
 cēpissent, cūm nocte n  
 diana decolor dies ex  
 luit, cūm trepido tum  
 dehiscens terra nūtaui  
 sanè, tū potiūs pessund  
 rerum ordo est, cūm v  
 sima subiit supplicia  
 apud homines Deus.  
 igitur lugubre argumē  
 exlēx indicit dolor p  
 randum ad clepsydran  
 crymarum.

Ecce autē hodierna re-  
rū confusio nocturno pro-  
digio prænuntiatur : ecce  
verno sub sydere , florida  
annī tēpore in horto Geth-  
semani sanguine pluit. O  
pluuium in dolorum vber-  
atatem ver, quantū ab amœ-  
nitate tua degeneras! Hanc  
ergo infelicem laudem re-  
uers, ut mœstissimo prodigio  
tristissimas hyemes, at-  
que omnium vincas por-  
enta sæculorū. Quid enim  
am prodigiosum portendi  
potest, quām moriturum  
Deum? Tu verò cœli, terra- *ad Heb.*  
ūmque præpotens Impe- 13.  
rator,

rator , qui portas omnia  
 verbo virtutis tuꝝ , quid  
 vnius recens hortuli cultor  
 ad sudorem vsque sanguineum præposta nouitate  
 defatigaris ? Si subigendo,  
 molliendóq; in horto bre-  
 uis labor sanguinem expri-  
 mit : laboriosissima durissi-  
 mi montis Caluariæ cultu-  
 ra quantum diuini cruentis  
 exhauriat? Et hactenus qui  
 dem inter hortos: inter ho-  
 stes iam impensiùs exangui  
 desudandum est , iamque  
 illi proxima in arena cir-  
 cumsistunt cum facibus , &  
 armis . Faces equidem istas  
 tene

tenebricoso Inferoru igne  
 crediderim esse succensas,  
 quæ clandestinum ad sce-  
 lus ita præluxere vobis, no-  
 ñurnæ furiæ ; vt obuium  
 noctu solem non agnoue-  
 ritis. At bene est : pœnituit  
 crudelitatis : clemēter cum  
 illo agitur : non vulnere,  
 sed osculo excipitur. O fa-  
 cius ab ipsa humanitate  
 babarum ! O crudelissimo  
 dignam proditore clemē-  
 tiam ! Ut altissimè vulnera-  
 tum facile tradas in manus  
 hostium Deum : diuinum  
 ad cor perfido penetras  
 osculo. Nimis enim nosti

D

ex Amoris castris bar  
 transfuga, nullis Amor  
 mis grauius vulnerari  
 se, quam suis. Exclama  
 bet: Vbi mors non est  
 osculis est? Iam verò i  
 etus ille, quíq; omnia  
 cit, Amor per Hierol  
 mæ vias, pérque fora  
 Eturni furoris mancip  
 rapitur per triumphun  
 ne summum scelus no  
 tè fiat, è lictorum fæce  
 dacissimus nescio quis,  
 quam scurra triump  
 Deo captiuo insultan  
 risum Pótifici, ad plau  
 sibi captandum probre  
 ala

alapā infringit. Alapis (misérum me!) in terris plaudiatur ad salutem lapsorum Deo. Pudet impudentissima cæterā ludibria referre, quæ nox illa suis inuita vidiit in tenebris, quæque altissimo silētio inuoluit. Vna supererat, quam deinde vidiit luctuosa dies, crudelissima ignominia: ut, quem Regis amentia interstultię candidatos adscriperat; amentissimi vulgi optio, absolute latrone, liberatorem optimū ad necem reposceret, ac Barabbæ posthaberet Deum. Ni-

mirum, vbi Reges delirat,  
 facile vulgus insanit. Ve-  
 rum hæc per ludibria lusit  
 furor: scio tandem scelus  
 aggreditur. Ne saeuissimi  
 virgatores, ne Regum Regi  
 augustissimo veste detra-  
 hite, quam illi vnam in re-  
 rum omniū inopia ad nu-  
 ditatis integumentum pro-  
 fusa in alios charitas reli-  
 quit. Ne speciosum forma  
 præ filiis hominū frequen-  
 tissimo in theatro denuda-  
 te: cuius formosissimus pu-  
 dor oculorum cōiectu gra-  
 uis, quām verberum iectu  
 vapulabit. Vates infelix  
                                       ego

ego sum. Ecce delicatissimi  
sensus verecūdia subito ru-  
bore suffusa crūetatur. Heu  
fatis, supérque publico de-  
decorē modestiam vulne-  
rastis. Quid expeditis præ-  
terea virgis robustissimi te-  
nerimum in corpus carni-  
fices innocentiam excar-  
nificatis? Utinam liceret &  
tibi, Domine I E S V, ad ser-  
uīlis lanienæ declinationē,  
vocem illam ingenuam, &  
compluribus salutarē usur-  
pare: Ciuis Romanus sum.  
Sed superstitionū id tem-  
poris omnium communc  
asylū Roma, falsis addicta

numinibus , verum oblita  
 Deum erat ciuitate dona-  
 re. Extabescite iam in lacry-  
 mas oculi , quando diuini  
 corporis niues prodigiosi  
 furoris æstu soluuntur in  
 sanguinem. Ne, quæso, vos  
 ne vltrà lictores. Ad termi-  
 nales dolorū columnas per  
 Oceanū sanguinis ventum  
 est. Neque enim vna , sed  
 geminæ videtur in illo ver-  
 berum turbine , in illa san-  
 guinis alluvie fixæ colum-  
 næ : quarum altera è du-  
 ro marmore misericordia  
 mollita nō dissilit, quia sen-  
 su doloris obrigit : altera  
     in

in vulnus mollissima, in toleratiam planè marmorea,  
 quamuis accisis viribus, in uitæ tamen fortitudinis  
 mole sua stat. Age immensa pœnarum spatia fortiter  
 emense Ductor fortissime  
 perge iam ad coronæ præmia, quæ militaris tibi plau-  
 sus adornauit. Sed quid coro-  
 namenti hoc est? Hoc de-  
 erat hodiernæ portetis im-  
 manitatis, ut diuina non  
 stellis, sed spinis tempora  
 radiarent. Quanquam mi-  
 randum non est; quoniam sapient.  
 rosas, antequam marcesce-<sup>2.8.</sup>  
 rent, in suam coronâ luxus,

præcerpsit ; solas coro-  
 dæ spinas innocētiæ su-  
 fuisse. Regnandū coro-  
 est. Regnum igitur in t-  
 cape, sed coronæ simile  
 derū Imperator. Quid  
 tem coronariæ spinæ al-  
 quam cruentum, funest  
 que tibi Regnum prof-  
 Rex dolorum ? I , seq  
 præeuntium ductum ,  
 diūmque populorū. Si  
 Roma satellitio , suo I-  
 rosolyma senatu dedi-  
 atque etiam trahit ad  
 perium. Ac ne quis ho-  
 num ordo desit officio,  
 etiam latrones , lateri c-  
 iunc

iunctissimè hærét, nec ipsa  
 nece separádi. Non Regio's *Io.6.15.*  
 iam, vt olim, honores per  
 montium latibula liber ef-  
 fugies. En inter lictores, ac  
 vincula captiuus, enixè ra-  
 peris ad montem, ubi gen-  
 tibus regnes cōspicuus vni-  
 uersis. Proh quām graue  
 etiam Deo regnum Crux  
 est! Ille, qui tribus terre mo- *Isa.40.*  
 lem digitis appēdit, hume- <sup>12.</sup>  
 ro non sustinet Crucem: ac  
 trabali sub sceptro caducus  
 miserabiliter laborat. Vc-  
 rūm enim ierò suum labo-  
 ri prēmium est. Aprico iam  
 in tolle sublimis, ac specta-

D 5

bilis regnas: iam dispergis  
 cum sole manus. Hoc ta-  
 men à sole discrepas; quòd  
 vtrinque occidis. Vtrinque  
 enim occidentis vitæ fines  
 durissimis clavis acutus  
 præfigit dolor. Neque verò  
 supremis laboribus confe-  
 stus Rex noster otiosus est.  
 Quid ergo rerum agit Cat-  
 uariæ in Regno suburbâ-  
 no? Arborem serit, alteri se-  
 culo profuturam, regalém-  
 que Cyri laudem iure vfur-  
 pat. Hæc mæla manu est fa-  
 ta? Et miratur, si aridus il-  
 le, funestusque truncus in-  
 scriptus nominâ. Regis te-  
 penu

pentè floret , ac vernal?   
 Quidni enim Colono Re-  
 ge consitus, Regale sangu-  
 ne irrigatus Regio nomine  
 effloresceret? Concepta in-  
 ter labore siti propinatum  
 præliba liquorem diuine  
 Rex. Quid hoc est? Liuida  
 fellis sanies vinum inter ex-  
 pumat. Nulla videlicet in  
 terris suauitas sine felle ad  
 purum fluit. Tu tamen liba-  
 mi Rex. Quodlibet fel su-  
 bitò fiet mel, & lac sub lippcam. 4.  
 tua. At ô tragicas Re-  
 gis vices! In ipsa, quam set-  
 ris, arbore vitæ moreris. Tu  
 vero sempiterne Rex, istud

indignissimæ mortis f  
 nus cōquestus expiras.  
 diuit rerum vniuersitas  
 gis sui moribundi conc  
 stionem: atque, vt mo  
 Deo pro viribus iusta  
 foluat, rerum ordine c  
 uulso funditus tremefas  
 & meridianis tenebris  
 biliter atrata parentali  
 nia v lulauit. Et comm  
 rerum omnium strep  
 & inclusus animo viā  
 cludit orationi dolor. C  
 re priuatum, & mutum  
 lorem hunc meum pi  
 cus naturæ gemitus p  
 rabit.

Poi

# PONTIFEX

## *dolorum.*

 Pectaculū hodie ha-  
 beo proponere, flebi-  
 le id quidem omnibus, ne-  
 minitamen flebilius, quàm  
 tibi, P.B. Dicam planius. Il-  
 le Pōtificum verē optimus,  
 verē maximus, Christus I E-  
 sūs, Pontificalē in speciem  
 non alio cultu ornatúque,  
 quàm sui fordibus, & squa-  
 lōre supplicij miserabiliter  
 spectabilis Pontificiam in  
 primis commiferationem  
 iustissimè reposcit. Neque  
 verò

verò timendum est , ne sa-  
 lutaris usurá spectaculi vel  
 offusa meridie nox , vel ef-  
 fusa oculis lacrymarū plu-  
 uia intercludat . Satis enim  
 funebres per tenebras A-  
 moris beneficiū fulget : ne-  
 que spectari Amor potest  
 meliore luce , quām sua:at-  
 que ipsæ ex oculis ortæ la-  
 crymæ in luctu oculi sunt .  
 Prima igitur oculos in se-  
 vertit , quæ nostrum inte-  
 git prima Pontificem , byss-  
 fina tunica . O quām can-  
 dida byssus es , quam virgi-  
 nalis fœcunditas produxit ;  
 artifex diuinitas contexuit :

lucis

lucis æternæ cædor afflauit:  
 amantis , & morientis Dei  
 pallor infecit ! Iure te stri-  
 etam alij dixere tunicam,  
 quæ tam arctè Deum cir-  
 cumplexa es : ut mortalem  
 feceris. Iure te ocellatam  
 alij , quam in horto Geth-  
 semani sanguineis totam  
 lacrymis oculatam prodigio-  
 giosus effecit dolor. In illo  
 autem stolę sacerdotalis li-  
 neo candore quam candi-  
 dè diuini sacerdotis præ-  
 luxit integritas ! Ut enim  
 limum iniuria fit melius;  
 ita inter ljuorem verbe-  
 rum , inter ruborem vul-  
 nerum

nerum contusa fulsit inn  
centia candidior. Iam ve  
aliam, & quidem regale  
soleni die byssum, Regiu  
scilicet Herodis munus, i  
due diuine Pontifex.  
quid hoc monstri est? Ca  
dida vestis foedissimam i  
ruitatis nota imponit: co  
tumeliosissimum aulæ sit  
lum excitat. Rem tene  
Ingenuus candor, inter al  
icos decolor, & fatuus ce  
lor est, quia fucum non ha  
bet. Sapientia ipsa in scel  
ru regno stultitia est. Qua  
ti ergo munus hoc Herod  
ianum sapientiae steti  
quo

quod insaniæ opinione cō-  
 stitit? O qualem sapit amo-  
 rem ista mihi insania, qua  
 pro suorum salute hostium  
 ad ludibrium vsque Deus  
 ambit candidatus! Ecce au-  
 tem candidæ tunicæ hya-  
 cinthina, sacerdotali nem-  
 pe ritu, superimponitur.  
 Ecce (miserum me!) cœle-  
 stis hyacinthi color in cor-  
 pore flagellis cesso liuor est.  
Quanquam, dum verbera-  
 tur Deus, diuinus ille san-  
 guis eductus quid aliud,  
 quam cœlum coloraret in  
 terris? Id vnum cœlestē. ut  
 in meo cœlo desiderem ef-  
 fecistis

fecistis crudelissimi virga-  
 tores, lacteum nimirum ali-  
 quā pristini candoris viam,  
 & vestigium. Adeò cœlum  
 ipsum sœuitia, si tangit, de-  
 colorat. Ex isto nascitur ta-  
 stu hyacinthinæ vestis ap-  
 pendicula veterē fimbriam  
 imitata. Exaudiō verbera  
 tintinnabulis aureis magis  
 sonora. Et hæc aurea sunt  
 quia Deum cōtingunt. Vi-  
 deo coronatis malis puni-  
 cis vulnera patentiora. Et  
 hæc digna corona sūt, quia  
 Regio sanguine purpurat.  
 Subi iam graue Crucis su-  
 perhumerale sacerdos se-  
 miuiue.

miuiue. Hoc enim uero ut  
 pondere, sic pretio veteris  
 Ephod splendidum, augu-  
 stumque decus longe an-  
 tecellit. Hoc enim non acu-  
 barbara, sed Amoris acu-  
 leo: nō phrygio, sed diuino  
 opere distinguit, atq; illu-  
 strat tuus, bone I E S V, pre-  
 tiosior auro pallor, floridior  
 hyacintho liuor, crux  
 ostro augustior, ipsa candi-  
 dior bysso integritas. Ne-  
 que hic utrique olim addi-  
 tas humero gemmas onyx-  
 chinas desideramus: quan-  
 do tuis in humeris Crucis  
 pretiosum pondus in salu-  
     tis

tis onychen facile gemma-  
scit. Iam verò sacerdotalem  
balteum nemo non videat,  
qui sacerdotem maximum  
arctissimo vinculo præci-  
stum, atque raptatum ad  
victimam videt. Nemo no-  
cundem fateatur antiquo  
magis discolorem, quem  
Odiū, atque Amor texue-  
runt. At quis iste laceri, per-  
fossiq; pectoris nouus ful-  
gor? O spectaculum saluta-  
re! Vulneratū pectus gem-  
matū Rationale est. Quód-  
que nobis omnibus faustū,  
& fortunatum: nos læsæ di-  
uinitatis rei, nos homun-  
ciones

ciones diuinis gemmis per  
 vulnera tributim inscribi-  
 mur. Nimirum nos animæ  
 viles tuo, Amor, in pectore  
 gemmei sumus. Venio nūc  
 ad apicem dedecorum , ac  
 dolorum : ad spineam tia-  
 ram. Ita ne verò? Pontifici  
 maximo de more coronan-  
 do byssus adeò nusquā est,  
 vt mollissimæ è byssō cida-  
 ri spinosissimā è Rhamno  
 coronā sufficere necesse sit?  
 Nimirum non byssum, sed  
 spinas nouit intexere arti-  
 fex crudelitas. Heu quām  
 facilis , & expedita textura  
 hæc illi fuit aculeato in  
 opere,

opere, quæ tot acubus ab  
 daret! Vos tamen coronati  
 Rhamni pallidi vepres sen-  
 sistis hoc scelus, ac Deum  
 vulneraturi magis expul-  
 lustis. At cur diuina adiu-  
 pora non venistis natione  
 cum flore molliores? Fac  
 vestri piam causam rigore  
 interpretor. Cæteroru-  
 nem florum ornatum, &  
 pompam dedignati estis  
 quibus uno satis erat efflo-  
 rescendū Deo. Vna super-  
 est pontificiæ præferenda  
 fronti aurea lamina sacro  
 sancto numinis nomine in-  
 scripta. O factū bene! Ecc

non

non vnis, vt olim Iudea na-  
 tio gentilibus notis: at om-  
 nium literis gentium salu-  
 tare nomen, ac publicæ sa-  
 lutis omen Hebraicè, Græ-  
 cè, & Latinè legit liberata  
 mortalitas. Atqui præpo-  
 sterè, nec more maiorum  
 ligno, non auro diuinum  
 nomen insculpitur. Sed sa-  
 tis auréum est, quod aureo  
 nōmine præfulget. Quid  
vos delira capita in augu-  
stum nomen refigendum  
coniuratis? Infeliciter cum  
Deo bella suscipietis, qui  
regium Deo nomen extor-  
quere conamini. Quis que-  
so

so decentius diuinū nor  
 sacerdos preferat, quām  
 cerdos Deus? Vcstro ig  
 constantior p̄eside præ  
 tens Imperator quod i  
 psit, scripsit. Iā sacra no  
 in veste Pontifex reful  
 Huc agite Victimarij vi  
 mam. Imò desistite. Mc  
 rem ipse parauit sibi, q̄  
 facturo eodē hoc in mc  
 Abrahamo antiquitus  
 tulerit. Vbi nimirum  
 Amoris ignem sacrificia  
 idem est sacerdos, ac vi  
 ma. Et quánā alia, & sa  
 dos, & amans Deus dig  
 parique litaret sibi ho  
     qu

quam se? Cecidisti tu quidem ad mortalitatis aram  
**A**moris victima, diuinc Pontifex. Sed immortalis viues in Amoris animato cœlo, in animis nostris. Vaticanus ipse Pótificia splendor maiestatis ex illustribus natus ludibriis Pontificatus tui, te extincto, atrato cum sole squalet hebetatus. Et quoniam toto tibi sanguine stetere nostra gaudia: ipsa quæ semper interpres gaudijs fuit, nunc tuo funere mœstissima in Pontifice post vnum te maximo tuo concolor sanguini

E

purpura funebris est, ac  
rentalis.

---

## PARRICIDIVI

**E**c illa est dies, c  
**E**vitæ parēte occiso  
rius, quām Idus Martię,  
so Tyranno Cæsare fu  
stæ publici decreto dol  
debet Parricidium no  
nari. Tam atrox, tam ir  
lēs in Deum Parricidiij :  
lus nō communibus lac  
mis, sed præsudato sanx  
ne deplorādum fuit. Oi  
lo filiorum aliquis vuli  
prolusi: vt ex facili  
ac

aditu omnium grauissime  
 cor paternum vulneraret.  
**Vulnérū** iam ego reliquo-  
 rum licentiam non admi-  
 ror; dum tátum licuit oscu-  
 lo in cor. Subi iam vincula  
 prodite Pater. Decet enim  
 post osculū proditoris am-  
 plexus vinculorum. Neque  
 tui te filij alia ratione mi-  
 tius amplecti norūt, quām  
 vinculis. Leuiter etiam per-  
 fer grauissimum alapæ lu-  
 dibrium. Alapis enim patri  
 blandiri par est filios parri-  
 cidas. Sed imbellis est ma-  
 nus alapam impingere. Va-  
 lentiores hic pater liberos

habet, qui deligatum ad sa-  
 xeam columnam , illa sanè  
 duriores , alterno fustium  
 impetu patrem recudant in  
 mācipium. Evidem nunc  
 primum didici saxeos ho-  
 mines posse moueri. Quā-  
 quam huiusmodi saxa ni-  
 miū animæ habent ad mo-  
 tum , quæ crudelitate ani-  
 mantur. Sævitum satis est.  
 Liber iam cum pâtre filii  
 tantisper lusitare. Sed iste  
 ludus inter spinas aculeum  
 habet. O ingeniosâ Amoris  
 philosophiam ! Quæ non  
 philosophū modò Socra-  
 tem, sed ipsum quoque fa-  
 pientissi

pientissimū parentē Deum *Valer.*  
 suis cum filiis doces in arū- *Max.*  
 dine repuerascere. Iā verò *lib. 8.*  
 filiorum odio leuis arundo *cap. 8.*  
 est. Crux, Crux ( inquam )  
 pars habens furori pondus  
 inauditū Dei parricidium  
 peragit, quę non minus de-  
 decore, quam dolore cru-  
 ciat, & mactat. Vbi iā ma-  
 catus à filiis , & pro filiis  
 patet tumuletur? Nusquam  
 certè decētius, quam emol-  
 litis in animis filiorum.

*IN IGNE, AC  
Spiritu Dominus.*

ORATIO  
Ad Paulum V. Pont.  
Maxim.

*In Basilica S. Petri.*

**D**icitur apud te, P.B. verecunda me veneratio elinguem faceret: nisi diuinus è cœlo ignis efficaces in linguas liberaliter pluuius inflammaret ad loquendum. Neque enim in erudito cuiquam deesse patitur orationem erudita cœlestium affluentia linguarum.

rum. Evidem ex illo pene  
 innumerabili numero non  
 certum mihi linguas (quod in  
 grauissimis argumentis ca-  
 norum est votum Poëtarum)  
 sed unam ciusmodi opta-  
 uerim , quæ spirabilis Nu-  
 minis ad nos properantis  
 infinitum beneficium , flam-  
 mei turbinis illustri mira-  
 culo breuiter inclusum , gra-  
 te laudationis breuitate cō-  
 plectatur , & recolat . Appo-  
 sitè autem recoli à me posse  
 existimo : si veterem inter,  
 atque hodiernum spiritum ,  
 ignemque discrimen ostendā.  
 Nō enim sine spiritu , &

Talore viuebat antiquit  
 Audiebatur igitur olio  
 qui petrarum dura con-  
 s. Reg. rerebat, qui mótiū profa-  
 19. da subuerteret, sonoras e-  
 pirás minas, ruinásque si-  
 ritus. sed nō in spiritu E-  
 minus. Etenim tūc sui p-  
 cus, & mortalium pau-  
 intellectus suas castis au-  
 bus, animisque blandit  
 tenuis auræ sibilo insul-  
 rabat Deus. Reliquæ v-  
 mortalitatis sensus ad c-  
 strepentium Catadupa-  
 bidinum hebetatus co-  
 stis ad murmuris illecel-  
 miserabiliter obsurduei

Qu

Quid, cùm diuinus ille vē-  
 tulus salutarē imbrex ex-  
 pressit? Vnus mundi angu-  
 lus Iudæa; fœcundæ Virgi- *Psal. 71.*  
 nis in uterum, tanquam ro-  
 re in vellus, illabente Deo,  
 silētio irrorata est. Interim  
 orbis terrarum ferè vniuer-  
 sus pluuias inter opes inops  
 calamitosā siccitate labo-  
 rabat. Quāquam etiam ad  
 sterilitatem sceletum, ad *Gen. 7.*  
 pœnarum fœcunditatē di-  
 luvio irrigabatur. At ecce *Aet. 2.*  
 factus est repente de cœlo  
 sonis. Ne metue veteris  
 cluuionis procellas tonanti  
 fragore tremefacta tellus.

Bene ominari iam licet. Felicissimo profusa nimbo suis cum opibus diuinitas impluet. Nimirum Amor tonat. Non hic vtricia fulmina displosurus sonitus Cœlitum iras, terrarū clades immurmurat: sed ignes sine vulnere premuntiat innocentes. Erravi. Innocēter volui dicere vitali amoris plaga vulneraturos ignes. Iam verò fiammās præcit vehementis vnā cum sono spiritus. O temporum nostrorum felicitatem! Hoc fane, hoc in spiritu Domino.

*Cant. 4.* Veni, qui fertiles afflas calores,

Iores, cœlestis Auster : per-  
 flata hortum tuum. Quidni  
 tuus terra dicatur hortus,  
 cuius vel tribulos, ac spinas  
 coronarias diuinum caput  
 syderibus prætulit? Quidni  
 terræ tuos afflatus indul-  
 geas, cui diuinus sanguis in-  
 fudauit? Auguror. Deo co-  
 lente mollita, aspirate Deo  
 nepefacta terræ duricie, læ-  
 to veris prodigo cœlestia  
 fluent aromata. Sed iam;  
 quod antiquo cum Vate  
 licet & mihi dicere: Post 3. Reg.  
 spiritum ignis. Quid enim <sup>19.</sup>  
 aliud Amoris ventilatio,  
 quam flamas excitare?

Iam; quod antiquo mecum  
 Vati prædicare non licet,  
 ad Eph. In igne Dominus. Cùm  
 5. ad Heb. enim victimá sese nostram  
 7. fecerit Deus; diuinæ digni-  
 tas victimæ quo debuit alio-  
 ardere igne , quàm Deo?  
 Monet híc me rei nouitas,  
 vt exquiram, cur hodiernus  
 non cadat è cœlo ignis de-  
 more aculeatus in fulminæ  
 sed illabatur insolitas ob-  
 tusus in linguas? Dicā equi-  
 dem , timide tamen in re  
 grauissima, quod sétio. An  
 quia odit Amor fulminare,  
 ad lædere: amat verò lam-  
 besc, & blandiri? Ut quot  
 ille

ille igncis in linguis appa-  
ruit, totidem amantissima  
hominibus pacis oscula li-  
basse videatur. An quia ipse  
sibi fama est Amor, qui tot  
linguis abundat? Ut miran-  
dum nō sit, si hodierni be-  
neficij sonus amabilis ad  
vltimos usque terrarū fines *Psal. 18.*  
breui pertinuit. Tectis est  
immenso abscissa interual-  
lo, extrema rerum India: ad  
quam vehemens hic soni-  
tus adeò celeriter penetra-  
uit, ut sonorum affūgentis  
Numinis illapsum tam ve-  
rè sonserit, quam olim fa-  
sò matutini Solis vicinos  
ortus,

ortus, strepitumque Luciferi currus exaudire dicere-  
tur. Tertis est torridus Afri-  
cae tractus, quæ diuinarum  
afflatu flamarū geminatis  
caloribus iucundius æstuau-  
it. Tertis est gelida Scy-  
thia regio, quæ auerso, at-  
que aucto sole, melius inca-  
luit Deo. Tertis est Ægy-  
ptus, quæ sacro cœlestium  
delinita concentu lingua-  
rum, superstitionem, & fla-  
gitium sonatia fistra dam-  
nauit. Tertes etiam (vt oras  
tacca infinitas) Græcorum  
Academias, ac lyccas cum  
igncis linguis magistris  
Deum

Deum tandem didicrinx,  
 cæcutive[n]tem dedoc̄ta fa-  
 pientiā, quæ quantum per-  
 uideret ostendit, dum aras  
 inscriberet ignoto Deo. *Act. 17.*  
 Quamvis autē vbiique ter-  
 rārum auditæ nusquam ta-  
 men clariori repercussu di-  
 uinæ linguae, quam Roma-  
 nis in arcib[us] personuerūt.  
 Nusquam diuinæ flammæ  
 religiosus, quam Roma-  
 norum in animis coluntur,  
 quorum erga ignes Reli-  
 gio cum ipsa Roma natæ  
 est. Ergo diuinis coronata *Plut. in*  
 flammis Roma diuinū ha- *Romulo.*  
 buit omen suum se Imper-  
 riū

rium toto iam terrarū orbe  
 Matib. maius noua ligandi, atque  
 16. soluendi potestate ad cœ-  
 lum usque prolaturā. Nam  
 flammis coronari ad fortu-  
 natū potestatis, imperiique  
 augurium, (historiæ si cre-  
 dimus;) Romanum est. Te  
 nunc appello (voto enim  
 finienda est oratio.) Te pu-  
 blica voce precor, atq; ob-  
 testor diuini pectoris di-  
 uine Spiritus, Deus Amor,  
 qui hanc Romani Imperij  
 molem in amplissimū ter-  
 rarum orbis fastigium elati-  
 tam tuarū lucē flattimarum  
 illustras, nationibūsq; uni-  
 uersis

uersis suspiciendam facis;  
 custodi, serua, protege hūc  
 statum, hanc pacem : salu-  
 taria illius , & pia consilia  
 felici aspiratione ad exitū  
 promoue , quem prospero  
 afflatu ad commune tecum  
 imperium cūcisti : eorum  
 exardescit in animis, quorū  
 fulges in purpuris: bellorū,  
 si quæ circumtonant, pro-  
 cellas pacifera diffatas au-  
 ra dissipat : quos olim ter-  
 ris inspirasti ardentissimos  
 amores tui , vt suauissimè  
 nos vrerent ; euentila sem-  
 per, vt viuant.

*LAVS DEO.*

*DIVI*

D I V I N I

*Amoris Aëstas.*

O R A T I O

Ad Gregorium X V.  
Pont. Max.

*In Sacello Pontificum  
Quirinali.*

**V**em hodie terris in-  
fundit æstum æstiue  
calore longè maiorem suis  
pluuiis in flammis aman-  
tissimus hominum Deus,  
quidni beatā Amoris æsta-  
tem dicā, B.P.? Dicere qui-  
dem in tam augusto con-  
spectu tacere cupiētem co-  
git

git ignearum diuina vis &  
copia linguarum. Si potuit  
igitur suburbano quōdam  
in præsepio, tāquam in fri-  
goris diuersorio, nascēs fri-  
gidulus Amor natalitiam  
Decembris hyemem adeò  
inflammare, ut & noua sy-  
dera, & regia pectora pro-  
cul accenderet: cur inter  
patrios cœli ardores ardeñ-  
tissimus ignē feruido mēse  
non perpluat. Amoris enim  
pluvia ignis est. Enim uero  
non erat, tūr prisca Poëta-  
rum superstitione fabulare-  
tur parco Promethei furto  
cœlestis ignis particulam  
sub

subduetam ad hominis lutum animandum: cùm seletum infinitum Numé in lutea pectora vitalis incendij splendido , aureoque diluuio liberaliter effundat. Sed quare tempestas hæc ignea missiliū linguarū innocentii prodigio placidè fulminat ? An quia, Amoris fulmē, lingua amabiles flamas ad cor facile iaculatur ? An quia prodigus Amor suum erga nos profusum calorem non poterat nisi ardētibus linguis explicare? An tandem quia diuini Verbi munus aptissimum

Simū cœlestes linguae sunt?  
 At nemini mirandum est,  
 factus est repente de cœ-  
 osonus: linguis enim pluit.  
 Am verò sese per flammæas  
 inguas insinuás in animos  
 acudissimus hic æstus, hoc  
 est, Amoris æstas, vehemē-  
 sp̄itu commodùm ven-  
 illatur; ut vitam efficacibus  
 lammis par ventus inspi-  
 et. Quandoquidem vnus  
 otest diuinus Amor ardo-  
 em ipse suum cuentilare.  
 Quamquam eam quoque  
 ausā argutus hic cœli stre-  
 itus mihi significat, quare  
 itul in ignem, atque in  
 auram

auram mutetur Amic  
 nimirū in Amoris æst  
 moré pro aura respire  
 Etenim suauiter æst  
 quibus Amor aspira  
 aspirantem ex Amor  
 Etore vitalem perfr  
 mortalitati calorem?  
 nefici spiritus aureis  
 mis aureum sæculū :  
 tis impetū salutarem  
 rexisti nunc tandem  
 lo, qui diffatis erroru  
 bibus diuinæ sereni  
 veritatis aperires. V  
 Auster, qui hominur  
 mos, hoc est, frigidu  
 sterile sine te hortum

f

fœcundo calore perflares:  
qui que felicē Amoris ignē  
vni hodie Hierosolymæ  
pluuium tōtō terrarum or-  
be diffunderes. Arsit gelida  
Septentrionis ora , nec re-  
motissimū solem desidera-  
uit proximo illustris Deo.  
Arsit meliore flamma tor-  
idus mundi tractus, & So-  
is imminentis æstus præ  
Amoris æstate frigere vtili  
experimento intellexit. Sed  
nulla magis regio , quām,  
juæ Dei Regia in terris  
st, Roma diuinis ignibus  
estuauit. Roma Amor di-  
ini amoris omniū plausu  
natio

nationum prædicetur , cu-  
ius ille , vt memori ardeat  
in pectore , amabili fulget  
in nomine. Dixi.

---

## B E A T V M incendium.

**A**Dsum incendij nuna-  
tius , B. P. quo incen-  
dio cùm vniuersis terrarū  
orbis, tum præcipue regia  
hæc vrbiū vrbs amplissi-  
ma cōflagravit. Neque tā-  
men opem imploratus  
adsum, sed ardorem gratu-  
latus. Non enim Nero  
aliquis, trabeatus vstor, fe-  
ralem

ralem subdidit facē: at ipse  
 suos iniecit ignes, amor ho-  
 minum, Deus. Deo autem  
 ardere beatū est. Idem me  
 quoque ardor vibrantibus  
 linguis cloquenter fulgu-  
 rans accendit, vt hodierni  
 breuiter cloquar incendij  
 felicitatem. Ergo splendide  
 illapsura per flamas fe-  
 licitas sonoro spiritu non  
 minaciter, sed amabiliter  
 tonat. Ut ex amabili toni-  
 tru vitalis ignis fulmina  
 amare, & cupere condiscam-  
 us. Silete cœlestes orbes  
 ( si qua tamen fides super-  
 stitiosæ veterum philoso-

F

phiæ haberi potest) in  
tissima conuersione si-  
ter sonori. Repentinu-  
cœli sonus verè, iucu-  
que implet aures no-  
dum terrarum aman-  
mum cœlum non au-  
sesc conuolui, sed an-  
ignea significatione  
raliter in terras effundi-  
nuntiat. Neque verò c-  
stis ignis aurea libera-  
vnum terrarum pñct  
Hierosolymá, sed omni-  
oras populorum beat.  
mes enim flammæ val-  
ventus longè, latéque i-  
git incendium. Quinc

id esse causæ interpreter, cur vehemens ignem spiritus comitetur, quòd Amoris calor non sine suspirio est. O cœli suspirantis ab amore spiritum viçalem! ô animam suauissimā mortalitati recreandæ afflatam! ô auram odoratissimam ex immortalis horto voluptatis florétiſſimæ odores virtutis expirantem! ô feruidum diuina charitate torridæ regionis Austrū beatis caloribus nostra frigora dissoluentem! At ecce hic Auster non aqua, sed flamma pluuius est. Quamenim

aliam præferuidus, præter  
flammeam pluuiam? quam  
nobilissimus inuehat ven-  
tus, præter illustrem? Mi-  
randum præterea est, quod  
vlla sine nube pluit. Ni  
quis decoram imbri splen-  
dido nubē appelleat ipsam  
serenitatem. Imò verò præ-  
clara diem hanc pluuiā se-  
renauit, cuius guttæ flam-  
mæ sunt. Cōmuni sole non  
eget hæc dies, omniū ideo  
illustriſſima, quod sol ipſe  
infinitus lucido profusus  
imbre delabitur. Et quis  
quam in tam prodiga sui  
luce non videat, felicissimè  
terrā

terras illius Solis ardore  
 torri, qui cœli felicitas  
 est? Quanquam ego nō fa-  
 cilè à cœlo terras distinx-  
 rim, siquidē utrobius sol  
 habitat. Habitare tum cœ-  
 pit inter mortales; cùm or-  
 tum occasumq; subiit sem-  
 piternus. Nunc autem in-  
 ter Cœlites altissimus, quā-  
 uis igneis radiis meridianū  
 calorē terris immittat; non  
 tamen abest. Præsentissi-  
 mus enim calor Deus est.  
 O calorem amabilem, quo  
 ex ærumnis omnibus con-  
 creta, & conglobata terra  
 tam feliciter exaruit: ut isto,

quod illustre syderibus miramur, cœlo pulchrior effulserit. Tector hanc ipsam indicem veri, non tam oculis, quām animis præfulgētem hodie flammam, quæ tū cœlestes Hierosolymis homines facili traiectione inflammauit in sydera, tum cœli syderibus eos præcelere, fausto regni prodigo capitibus insidens, non indicauit solum, sed multiplici etiā linguarum imagine facundissimè prædicit. Quod autem aliud beneficus diuini Solis ardor excitaret incendium, quām

quod

quod homines in stellas  
accenderet, non eas, quæ  
noctem, ac tenebras non  
vincerent; sed, quæ beatissimam lucem, diemque nō  
occidentem aperiret? Dies  
igitur è syderibus nata est;  
quam diurnæ lucis author,  
quem intuemur, sol ipse af-  
ferre non potuit. Etiā nunc  
meridiano in sole altissima  
nox animos cæcaret: nisi  
vestro, bona sydera; bene-  
ficio diuina terris dies illu-  
xisset. Vos (ô stellæ nostræ-  
tes) validiori, quam cœle-  
stes, impulsu incitatæ or-  
bem terrarum velocissimo

curſu illuſtratiſis , ad  
circumuſchendas non  
tarum aliqua mentiun  
ipſe præpotens Deus c  
ardore , ac ſpiritu adi  
eſt. Vos (ô flammæ fa  
res) vel iþſos frigidæ i  
talitatis animos facile  
flammaſtis, quia vos A  
immisit. Vrbem Ron  
deformi ædificiorum ſe  
lore ſenſcentem ince

*Suet. in Nero, vt nitidiorem in  
Neron.  
c.38.*

ciem recoqueret , ac re  
maret. Sed funeftiſſima  
patriæ fax nil aliud po  
quām incendere, ac dei  
liri. Vobis ea gloria re  
uaba

abatur amátiſſimi Numi-  
 is optatiſſimæ faces, vt ef-  
 caci veftro incendio non  
 na tantùm vrbs, verùm  
 tiām orbis terrarum vni-  
 ersus, posito vitiorū ſe-  
 io, ad primigeniæ virtutis  
 eciſ iquenſceret. Quare  
 on eſt cur illa nos diuitur-  
 a expectatio torqueat, vt  
 rogo ignis extremi cœ- 2. Per.  
 um nouum, ac terra noua 3.  
 aſcatur: quoniam id no-  
 is ignes hodierni bene-  
 cium beatiū repræfenta-  
 int; cùm ſine naturæ cla-  
 e, ac vulnere terram ver-  
 ſint in coelum. Sed vi-

F s.

bium nulla felicius :  
 quam Roma, quæ Ti  
 nis olim è flammis ac  
 gnum nata terrarum,  
 uinis deinde ignibus  
 commune cùm Deo iu  
 rium renascitur, bis  
 inter vrbes Phœnix, c  
 cùm terrenū, tum ca  
 incendium splendori  
 ac regno. DIXI.

L A V S   D E O

C.

**CÆLO DONATA***Terra sydera.***ORATIO****Ad Gregorium XV.****Pont.Max.***In Sacello Pontificum**Quirinali.*

 Aelum illud altissimum, quod emeritæ lucem virtutis cælat, anniversaria pompa hodie recluditur, B.P. Quid autem in recluso spectabilius cælo suspiciamus, quam sydera? Tam enim vere beatissimæ regiones illæ, quam

falso nescio qui Elysij cam-  
 pi solémque suum, & sua  
 sydera norunt: quæ con-  
 tuenti mihi affulgent adçè,  
 vt subditorū volubilis ful-  
 gor astrorū rudis quædam  
 horum adumbratio, atque  
 ipsa esse vmbra videatur  
 Quod vbi paucis attigeret  
 quidni veteri proverbi  
 cælum digito dicar conti-  
 gisse? Principio igitur è pri-  
 migeniis aquis formosissi-  
 mi stellarum ignes degre-  
 neri partu extitere. At vos,  
 æternitatis felicissimæ san-  
 ctissima lumina, è fertiliori  
 piarum humorc lacryma-  
 rum

*Gen. i.*

rum educta sublimius en-  
 rastis, formosius enituistis.  
 Facile nimirum lācryma  
 ignescit in sydus; quia li-  
 quor Amoris est. Illo præ-  
 terea è liquore solidæ feli-  
 citatis exorta est nunquam  
 occasura diuturnitas. Ne-  
 que enim occasum habeat  
 ea felicitas, cui vel ærum-  
 nosa lacrymæ cadentis vn-  
 da lætissimus oriens fuit.  
 Cogor h̄ic vetus castigare  
 prouerbium: non enim est  
 quædam, sed omnis flere  
 voluptas. Cogor diuino cū  
 oraculo exclamare, *Beati Manks*  
*qui lugent.* Iam verò Platoni  
 si licuit

si licuit natura magis, quam  
 inter uallo à nobis diffitos  
 cœlestes orbēs è nostrorum  
 deliciis elemētorum splen-  
 dido mendacio congloba-  
 re: cur non ego vos, cognata  
 nobis altissima sydera,  
 delibatas è terris cæli deli-  
 cias verissimo præconio ap-  
 pellem? Scitū illud est san-  
 ctissimorum hominum in-  
 tegrity, etiam inter na-  
 tale terrarum cœnum cæ-  
 lesti sæpe luce stellatam,  
 oculos animōsque traxisse  
 intuentium in admiratio-  
 nem sui: Nimirum admirā-  
 biliora cælum sydera. non  
     habet,

habet, quām quæ ipsi sanctitate præfulgētia nascuntur è terris. Animaduertit ætatis nostræ nimia perspicacitas recentiū partu stellarum sobolescere confine hoc terris cœlū, atq; affine id esse terrenæ concretioni ex illo clarissimo splendidæ genituræ indicio interpre-tata est. Cur ergo summam Gælites inter, atque homines affinitatem intercedere: nobis nō gratulemur: cùm fuos illi reparent immortales è nostra mortalitate Luciferos? Neque verò natu-  
 cælo cum nostratibus astræ  
 cæteris

cæteris longè laudibus minora conténdant. Illa quam  
quam multitudine immania, coguntur tamē in bre-  
uissimæ recensionis angustias: hæc ipso numeroso-  
ra numero iis tacita voci-  
bus humanam ludere cu-  
*Gen. 15.* riositatem videntur; Nume-  
ra stellas si potes. Sua illa ma-  
gnitudine visenda criterio-  
ribus ex orbibus vix impe-  
trant nobis ut saltem mini-  
ma videantur: hæc in bre-  
uitate corporis, mole vir-  
tutis maxima, extrema illa  
ex ora, & determinatione  
mundi ad cō terris conspi-  
cua

Cua sunt; vt ipso, quo ca-  
 piuntur maiora cælo, vno  
 minora Deo esse fateamur.  
**A**lternus illorum fulgor ad  
 solem obscurus, ac tāquam  
 lucifugus nocte ac tene-  
 bris indiget, vt fulgeat: ho-  
 rum autem splendor con-  
 stantissimus in ipsa diuini  
 Solis infinita luce spectabi-  
 lis meridianā illam illustrat  
 æternitatem. Quid quòd  
 illorum & formosa claritas  
 maculis infuscatur, & præ-  
 clara formositas nævū ha-  
 bet? horū verò syncerè ni-  
 tidam pulchritudinē nulla  
 decolorat labecula, quòd  
     illam

illam absolutissimè car  
innocétiæ colorauit. C  
quòd in eorum non pa  
flos ipse lucis graui ter  
vmbrae obnoxius non i  
languescit, ac deficit? In  
fæ autem lucida flore  
æternitas, quòd à terre  
remotissima tenebris  
semper apricantur in se.  
In illo quidem splendide  
simo cælo stella differ  
*i. Cor.* stella in claritate: non  
15. men velut istarum aspec  
bilium aliqua in lucis i  
tria caligat, ac degenerat  
tenebras: imò verò earu  
vel minimam ( si minir

esse possit , quæ Deo gran-  
 descit) stellam esse omnino  
 perneges , nisi diuino ipso  
 cum sole conferas. Quàm  
 lògè igitur pulchriora esse  
 arcana hæc lumina existi-  
 memus , quæ patrium pul-  
 chritudinis cælū pulcher-  
 rium faciūt? Quàm lon-  
 gè eadem splédidiora , quæ  
 Solis infiniti sydera sunt?  
 Non hæc splendide men-  
 dacibus fabulis , at debit is  
 cælo virtutibus lucét. Non  
 in varias ferarum facies ef-  
 ferata crudeliter rubet , sed  
 ipso Deo , quo felicissimè  
 ardent , benignissimè afful-  
 gent.

gent. Neque enim bei  
 ciis affulgere non posse  
 quorum ardor, & fu  
 Amor est. O nostra iug  
 verè aurea sæcula m  
 vetustis beatiora, qua  
 restrium lumine syde  
 illustrius aurescunt! O  
 amica sydera, quæ ve  
 nobis occasu, quam  
 exortu clariores dies  
 stinguitis: vestiarum m  
 fulgore virtutū, quam  
 lestiū luce flamarū stel  
 annū circūuoluitis: qu  
 que minora incitatorū  
 bium astra nequeunt;  
 uersam hac vna anniue

ia die splendoris pompam  
 xplicatis:vt expeditam ad  
 c̄mpiternæ felicitatis do-  
 nicilium viam quām cla-  
 issimē præmonstretis. Vnā  
 am illum addite illustri cu-  
 nulū beneficio : diuinam,  
 qua suauissimē ardetis , flá-  
 nam hodie nobis imperti-  
 nini : vt addita vobis ali-  
 quando sydera feliciter ful-  
 geamus. **DIXI.**

*LAVS DEO.*

*PVER*

PVER MAGNUS  
coram Domino.

**A**dmirabili diuinitatis consilio, A. diuini  
 Præcursoris Ioannis natales dies natalitiam infantis Deo  
 noctem breui temporis in-  
 teruallo præcurrit: ut quod  
 vel in puerili corpusculum  
 magnus coram Domino co-  
 lesti oraculo præmonstrat-  
 tus est, cum Domini mox  
 orituri maiestate (quatum  
 seruo fas est) magnitudine  
 ipse suam indicet esse pro-  
 prius cōparandam. Vtrum-  
 que

que idē inter Cælites nobilissimus interpres Gabriel prænuntiat. Neque enim de Ioanne præfari poterat alius, nisi qui Deum diuinè prædičeret. Virginis quidem mater conceptæ sapientiæ tacitam infantiam æmulata, quod castissimo vtero clausit, infinitū contracti Numinis miraculum modestissimo silētio inuolut. At inter deserta terrarum clamaturæ cælestis vocis præmonitū Patrem Zachariam nisi dubitationis pœna mutum fecisset, eiusdem generandæ vocis admirabi

mirabilitas facere potuit  
 elinguem. Nec tamen ad-  
 miror ab infante filio mun-  
 parenti redditam deinde  
 vocem. Cur enim vocis pa-  
 ter conticesceret? Quanta  
 verò illa tuæ, Ioannes, ex-  
 cellentię testificatio, qua-  
 do, ut te necdum natū Do-  
 minus coram se magnum  
 cominus ostenderet, su-  
 magis impetu charitati  
 quam officiosę festinatione  
 matris ad montana prou-  
 etus aspreta honorifice in-  
 uisurus accersit? Tum verò  
 benefico tui Solis accessa  
 te ipso maior clausis oculis  
 perspicax

perspicax Solem ante vidi-  
 ti, quām diē cerneres ante  
 idolcuisti ad sanctitatem,  
 quām nascereris ad vitam:  
 otius corporis Numē ado-  
 antis loquaci motu totum  
 e vocem esse persuasisti,  
 qui fari nondum poteras:  
 r̄æmaturo gaudio gestiēs,  
 et maternorum viscerum  
 intra compedes liber adul-  
 orū more tripudiasti. Sed  
 um sterilitas anilis parit: ut  
 ost virginalem fœcundi-  
 em maius admirēmur ni-  
 il. Enim verò decuit anū  
 uerperam eius esse paren-  
 tem, qui ætate quidē puer

G

esset, at cōsilio senex. Quare etiam à puerperio iure  
 pronuntio sterilem Elisabetham , sed ad vulgares  
 partus , quæ diu cunctata  
 est parere: vt laudabiliter  
 acte totius vitæ nixu coram  
 maximo Domino magnū,  
 ipsaque matre maiorē fæ-  
 tum ederet , vtque in vno  
 filio decorum omnium fæ-  
 cundissima prædicaretur.  
 Iam verò vix natus pueru-  
 lis tantus est, vt eius robu-  
 stissimæ Virginis brachiis  
 excipi , gestarique debue-  
 rit, quæ Deum sinu sustine-  
 ret. Nulla videlicet aptiora  
                                     nobi

nobilissimo infanti cunabula inuēta sunt, quām diuinæ matris amplexus. Virginibus vlnis Numinis immēritatem complexuris, metienda fuit Ioannis magnitudo : cui singularis illa fuit concessa diuinitus prærogatiua, vt maximæ Virginis brachia ipso Numine prior impleret. Vultusne insignis huius pueri magnitudinem mortali æstimatione maiorem suo nominis pondere, ac pretio æstimare? Aurum Gratiae nomen, quo illustratur, penditote. Nullus autem sapient-

tum ei nomen aptum  
 posuerit. Vna id pot  
 quæ Ioannis decora  
 retur, ipsa Numinis in  
 ta sapientia: ut meritè  
 men hoc cum augustiss  
 diuini Liberatoris nor  
 in cœlo natum, ac ea  
 amplitudini par non  
 minum, sed cœlitum  
 primum potuerit enūi  
 Hæc habui, quæ (sicul  
 cet) de puero modicè  
 magno timide dicerē.  
 è puerili magnitudine  
 gè maiora virtutis, quod  
 ætatis reliquæ increme  
 coniicite. Quare non e  
 gi

gigantæa virtute puerum  
 ab incunabulis ad sylvas  
 demigrasse, quòd angustiis  
 cùm domesticis, tum vrba-  
 nis capi non posset; hispidas  
 camelij exuuias induisse, vt  
 sine Alcibiadis Sileno sub  
 corporis rustica specie au-  
 gustā animi pulchritudinē  
 tutò latere ostéderet: parcè  
 solitū vesci sylvestri melle,  
 quod in dulciorē abundè  
 refunderet orationē: ipsius  
 præterea testificatione ve-  
 ritatis inter natos mulierū  
 maximū altissimè tum sur-  
 rexisse, cùm fortissimè ceci-  
 dit. Vna me ad extremum

ingenua tenet ambitio , vi  
me cognominem tuum co-  
ram Domino magnum, at-  
que in laudes te dignas, qu  
totus diuina vox es , mori-  
bus, quam vocibus esse ve-  
lis eloquentiorem.

## *INFANTIS DE Corona.*

ORATIO  
Ad Gregorium XV.  
Pont. Max.

*In Sacello Pontificum  
Vaticano.*

**I**Nfantis Dei regiui  
caput coronari dece  
B.I

B.P. Quæ possit autem corona Stephano aptior inueniri, cuius vel ipsum nomen corona est? Quidni etiam perlibenter homine coronetur Deus, humana qui membra peramanter induerit? Igitur si sanctissimi iuuenis virtutem coronariam nagi fuisse, quam nomen ostendero; mea quoque oratione coronatum infantem Deum existimabo. Aurum Reges coronare, atque ambire solet: siue quod metallorum princeps plebeia capita fastidiens principis verticis iure suo

ambitiosū est: siue quòd regios mores, vt illustrissimi, atque charissimi sint, aureos esse oportere significat: siue tandem quòd ipsa quoque Regum opulentia libertas vinculis est obnoxia, sed auris. Atqui aurum nullum coronādo nobilis, nullum exprimendo diuinus, nullum denique deuinciendo Deo potentius inuētum est, quam Stephani Herois clarissimi aurea virtus, quę in uicti capit is pulchra per vulnera liberanter emicans diuinam in coronam prima resplenduit.

duit. An non auream tam  
 virtutē iure dixerim, quam  
 diuini sanguinis pretiosa  
 vis inaugauit? quam semper  
 tenuis ille sol sibi semper  
 apricam, sibi quoque simili-  
 limam colorauit. Auream  
 certè prædicant honestissi-  
 mæ ille viduæ, quas in cli-  
 telam sibi cōnendatas suæ  
 salubriùs modestiæ, quam  
 alienæ stipis auro aureus iu-  
 uenis recreabat. Eadē hæc  
 virtus aureo torréte afflu-  
 ter crumpcebat ex ore: cùm  
 pertinaciter ferreos He-  
 bratorum animos cloqui-  
 ter obrucbat. Ut mirādum

G. 5.

non sit si cælo delapsus, t  
 quam Cœlitum aliquis v  
 hostibus videbatur ex vu  
 tu , cuius diuina vox n  
 terrenū sed cælestē auru  
 sonabat. Eadem tandem  
 affluentius aurea plurim  
 exundauit ex vulnere ,  
 beato sanguine ferreum  
 culū auresceret. Quare ta  
 dines ad spectaculum co  
 theatrum ille meritò vi  
 aperiri, qui virtutis non r  
 nus, quām sanguinis aur  
 venas aperuit. Et sanè n  
 dium discedere cœlum ,  
 penitus laxari debuit , d  
 auro plueret. Neque en  
     ai

aëria nubes impurissimis  
 aquis atra & sordida ; sed  
 cælestè sydus nitidis cæli  
 opibus fœtum aureat plu-  
 uiæ diuitias effundere po-  
 terat. Cælum autem non  
 habuit magis aurum sy-  
 dus, quām Stephanū , quo  
 aurū ipsum minus aureum  
 est. Mineruæ, hoc est, fictæ  
 sapientiæ, natalē diem plu-  
 uio auro in insula Rhodo  
 fulsisse aureum quidem fuit  
 mendaciū Poëtarum, quod  
 tamen aureo cruoris huius  
 illustrissimi diltuio pul-  
 chre' proluserit : siquidem  
 illo Stephani fortiter cadé-

tis cruentore penetratis cadi  
 serenitate patefacta natali-  
 tia corporatae sapientie lux  
 visa est illuxisse serenior.  
 Impluētis enim auri nubi-  
 lum serenitas est. At ô inter  
 fausta spectacula funestum  
 prodigium! Ecce vnâ cum  
 innocentia auro crudelita-  
 tis lapidibus pluit. Quin  
 imò (quod felix & faustum  
 sit) inter auream pluiani  
 pluuij lapides gēmei sunt.  
Nimirum detet auro pro-  
 xima saxa gēmascere. Iam  
 verò aurum re, iuuenis in-  
 tegerrime, declarat vox il-  
 la morientis extrema verè  
 aurea,

aurea, quæ tuis veniam interfectoribus à diuino Numinе precatur. Cur enim aurum ea non sonaret, quam autifex Amor expressit? Sed bene habet. Suum orbem aurea corona perfecit: siue præclaræ vitæ cursus pulcherrima morte cōclusus est. Ergo nascenti Deo splendide te moriētem eleganter adiunctum, tāquam diuino decorum Regi, coronario nomine inscriptū, coronarium aurum gratulamur. Dixi.

SOL

## SOL ALTER

 Voniā hæc dies R  
 publicæ Christia  
 vniuersæ illustris (Cardi  
 les Amplissimi, Religio  
 simi Patres) læto prodi  
 suum habet, quo præ  
 geat, Solē, hoc citimo  
 ris, cōmuniqūe clarior  
 non sapientia minus, qu  
 sanctitate splēdidum T  
 mam Aquinatem: nisi  
 deam hodiernæ debit  
 laudationi argumētum  
 lem ipsum non videant  
 lud verò vel maximè lę  
 dum mihi est, quòd fa  
 it

iuxta fuerit, ac præclarum  
 alterum hunc hodie solum  
 ostendere. Neque enim elo-  
 quætiaæ luminibus indiget,  
 ut cōspiciatur, qui sua satis  
 luce conspicuus est. Quan-  
 quam ad nostri Solis aspe-  
 cturn alienæ etiam accessio-  
 ne lucis mirificè recrea-  
 mur, quam honorariæ co-  
 ronæ purpura geminavit.  
 Verùm ut lumen insolitum  
 acriter contueri possimus,  
 primo ipsius crepusculo af-  
 fuescamus: atque (ut planè  
 loquar) futuræ virtutis ful-  
 gorem ex oraculo prospiciamus. In oraculo enim  
 sanctissi

sanctissimi viri, tāquam  
 crepusculo, diuinæ præl  
 cet in doles claritatis.. Er  
 vir sāctimonia insignis, q  
 suburbana in solitudine  
 cælestium rerum contei  
 plationem cōfederat, du  
 libero sub cælo apricati  
 præuios appetentis iam S  
 lis radios prior animaduc  
 tit, ac præuidet: matre  
 deinde Thæodoram, quā  
 tum utero gereret felicit  
 tis ignarā præmonet eu  
 breui paritoram; qui vici  
 rum tenbris meridiana  
 luce caligantem terraru  
 orbem illuminaret. Eteni  
 di

duo cùm sint ex ipsa diuinitatis infinita luce nostrorum animorum decora delibata , quæ cæcutienti ad virtutem mortalitati salubriter affulgent , sanctitas , & sapientia : quòd omnia inter homines præclara rara sunt ; alterutra quidem plurimi , vtraq; vnus è paucissimis Thomas felicissimo miraculo claruit . Ut cù meritò solem appellé , qui pænè solus inter plurimos , ac princeps inter paucos gemina laude fulgere videatur . Sed ecce iam sol exoritur . Proh quantum præpropera

propera virtus in ipso ex-  
 tu splendoris effudit: di-  
 iacentem humi salutis ni-  
 ciam Angelicam salutat-  
 nem cōplicatæ inscript-  
 schedæ, non alio, quām  
 luce monstrante, cognosc-  
 dum puerili nisu, virili  
 su illa ne dicam diuina  
 pundia, an futuræ obſi-  
 sapientiæ cæleste chiro-  
 phum? audītè arripuit:  
 eodem sibi per vim ex-  
 to piis lachrymis per-  
 est: dum recuperatum  
 nam vt indolem alere  
 glutiuit. Ut mirandum  
 sit, si sapientia citius, c

ætas adolcuerit: hanc enim  
 guttatum cum lacte fuxit,  
 vnico illam haustu exor-  
 buit. Et quisquā mihi præ-  
 dicet Platonis adhuc infan-  
 tis in labellis mellificasse  
 apes, in ore Stesichori ceci-  
 nisse lusciniā? cùm apibus,  
 auibúsq; ingeniosior, mel-  
 le cantūque suauior nō ore  
 tenus, primoribúsque in la-  
 bris, sed in imo Thomæ  
 pectore cælestis hospes fa-  
 piétia refederit. Hinc amor  
 ille mirabilis pro puerili  
 crepitaculi delicio littera-  
 tam aliquam papyrus, pro  
 pomis libellos habendi præ  
 manibus:

manibus: ut iam tum è  
tricis vbere pendulus l  
ris operam dare videre  
Iam verò illæ in omne  
tum lubricè ætatis par  
natu ad sanctimoniaz, a  
picentiaz fastigiū celerr  
progressiones supra t  
ros annos, supra æqual  
æmulationem, supra e  
stacionem parentum, si  
maiorum exempla, d  
que supra omnium ad  
rationem, quale specie  
iam adultæ in adolesce  
lucis reliquerunt? Illud  
ut aliquando transfuse  
vultū animi nitore ex e

dē ordinis hominibus per-  
spicacior aliquis Thomām  
tamquam aspectabilem so-  
lem suspexerit. Mihi verò  
nunquam Thomæ iuuen-  
tus illustrior visa est; quām  
cū ad effeminandam in-  
suscepso religiosæ vitæ cō-  
filio virilem constantiā ex-  
impudicis tenebris, velut ex  
Inferis, impurissimam fu-  
riam dolo malo immissam,  
torre illo non tam vulgari  
flamma, quām sua luce suc-  
censo perstrinxit, ac lon-  
gissime fugauit. Illo, illo  
torre Thomas Hercule for-  
tior nocentiorē hydra fœ-  
minam

minam perdomuit: illo  
 scriptá parieti crucem  
 grum trophæum appo  
 statuit victoris rigido c  
 dori castitatis: illo deni  
 virginale cingulum, n  
 tare defensæ. Virginis  
 præmium, emeritus mi  
 cælo consecutus est, qu  
 splēdide dimicauit. Ita  
 Thomas iam victor vi  
 fratres cæterosque do  
 sticos docuit nullis mo  
 lium fraudibus viribut  
 ab instituto cursu solen  
 prehendi posse, ac retin  
 ri. Sed iā Meridies est,  
 ditores. Quid, cùm de  
 sei

sermo est, post orientem  
 lucem meridiano splen-  
 dre magis consequens, & co-  
 hærens afferatur? Igitur &  
 suæ virtutis, & communis  
 plausus suffragio ad sum-  
 mum docendi munus eue-  
 ctus Thomas; dum singu-  
 lari quadam eruditione ac  
 probitate oculis, animisq;  
 præfulget omnium; adeo  
 preclarè altissimi partes So-  
 lis impleuit: ut qui hoc me-  
 cum non videat, meridia-  
 no in sole cæcutiatur. Nam  
 quis hoc homine clarior  
 vnquam fuit, qui nihil vn-  
 quam cōtemplaretur acu-  
 tissimis

tissimis ingeniiis tā reditū, quod singulari nō  
 tis acumine nō peruid nihil imitaretur integris viris tam difficile, cereis in virtutem mo<sup>n</sup>  
 non exprimeret : qui quasi radios eruditionib<sup>r</sup>os edidit plures, q alij legerūt: efficacius rū nubes dissipauit, q cæterorum hominum imperitia, vel nequiti uexit: plus attulit felicitas. & lætitiae, quàm cāl tosis, perculsa tempore mortalitas cōcupiscere debat? Testis est fides

the

tholica quæ multis in locis  
 gelido scelerum turbine af-  
 flicta, & pænè extincta cru-  
 dito vnius Thomæ calore  
 quam celerrime refloruit.  
 Testis veritas ipsa, quæ cla-  
 rissimis in lyceis nunquam  
 clariùs, quam ad Solis no-  
 stri lumine perspecta est Te-  
 stes è Christianæ religionis  
 acerrimis hostibus prima-  
 rij, atque in primis erudit  
 Iudei duo, qui sub Decem-  
 bris finem, natum in tene-  
 bris infantem Deum Tho-  
 mæ luce nouerunt, ac datis  
 manibus adorarunt, tribus  
 illis Orientis Regibus bea-

H

tiores, quibus non  
aliquid è minoribus  
nouus hic sol ad incur-  
la diuina facem præ-  
Testes etiam Cælites  
nes, quorū frequenti-  
ne, vt iis proximus, a  
terrarum illustráda vi-  
mè impertiebatur.  
omniū locupletissimi-  
stium Deus, cuius illu-  
norificentissimū orac-  
est, *Bene scripsisti de-  
ma: quod ergo dignum  
premium referas?* Is a  
sua commodùm usus  
peruidit quid optimi-  
sceret, cùm, *Non aliud.*

*D*

*Domine, præmium opto, respō-  
dit. Testes ad extremū vel  
ipsæ sunt Hæresum profli-  
gatæ pestes, quas ille do-  
ctrinæ aculeis, tanquā luci-  
dis telis ad internicionem  
vſq; transuerberauit. Apol-  
lini ob confossum Pythonem,  
ludos, laudēſq; ab anti-  
tiquis dicatas accepimus, à  
quibus ea præsertim laude  
laudabilē solem docemur,  
quòd putri concretione  
conflatum suis radiis velut  
illustribus sagittis monstrū  
illud nocētissimum extin-  
xerit. At quanto æquiùs ti-  
bi nostrorū sol animorum,*

Thoma , hodierno cultu,  
& laudatione tuis impars  
meritis proludimus , qui  
splendidæ sapientię viribus  
nocentiora Pythonē mon-  
stra superasti? Iam verò qui  
Solis Ortum & Meridiem  
maioris tamen incremento  
splendoris expressum à  
te lètamur,vnum dolemus  
occasum tibi fuisse cum  
sole communem.Occidi  
tu quidem, vir sanctissime,  
ac sapientissime , tibi simi-  
lis , hoc est , vultu serenus,  
animo illustris: sed illa, quæ  
tibi Neapolit decubenti su-  
pra caput astitit stella, præ-  
maturi

matūri occasus tui Hespe-  
 rus , atratam terris , ac tri-  
 stissimam noctē denuncia-  
 bat : ille, qui te in cœnobio  
 fossē nouæ animam agente  
**Cometes** apparuit , miseræ  
 luctum orbitatis ominaba-  
 tur. Præstitisti te quidem  
 vel in occasu solē, qui noua  
 sydera succenderis: sed nul-  
 la syderum lux triste possit  
 desiderium tui mitigare.  
**V**nus tu potes dolorē tem-  
 perare, quem facis. Quan-  
 tum enim iacturæ nostræ,  
 quòd nobis occideris , in-  
 gemiscimus : tantūdem fe-  
 licitati tuæ , quòd ibi ful-

geas, vbi nūquam occides,  
gratulamur. Quantū aureo  
torque ac pyropo ardentif-  
simo exornatus, tuarum il-  
lustris opifex gemmarum,  
sol inter Cælites à nobis  
distas: tantum dē nos à ter-  
ris solem addi cælo potuif-  
se gloriāmūr. DIXI.

*Laus Deo, & B.Thomæ.*

## CATHARINA vulnerata Charitate.

 Vid hoc spectaculi  
est incerto sagitta-  
rio, ignota sagitta ex insi-  
diis Virginem innocentif-  
simam

simam nostrumque simul  
 aspectum vulnerantis? Ec-  
 ce castissima mollities de-  
 stinata quasi candidus vul-  
 neri scopus repentino pro-  
 digio defixa riget. Quis vel  
 ferreus misericordia non  
 emolliatur? Ecce mollissi-  
 ma integritas quinque telis  
 transuerberatur. Quis vel  
 pumiceus ex oculorum ge-  
 mino vulnera lacrymis non  
 affluat? Ecce integerrima  
 imbecillitas sub insoliti  
 doloris pondere exanimis  
 ad terram ruit. Quis vel fa-  
 xeus grauiflma ruina non  
 inflectatur? Atat deprehen-

H 4

sus est sagittarius. Quis  
 enim virginale cor amantis  
 vulnerarit, nisi Amor? Itáne  
 verò? Amori aditus non pa-  
 tet nisi per dolorem, & vul-  
 nera? Hoccine amantium  
 surauiter militátium stipen-  
 dium est, ipsa sui Ducis ma-  
 nu, teloque configi? At ô  
 me excordem, qui nō sen-  
 tiam, cordis vulnus esse  
 Amorem, neque vulnerati  
 Amoris assecelas esse decere  
 inuulneratos! suas ille ad  
 beneficium aureas manus,  
 ad sanguinarij furoris tur-  
 binē miserabiliter tornati-  
 les, atque immāniū vulne-  
 rum

rum pretiosè liuetibus hya-  
 cinthis plenas esse voluit:  
 vt ad sui lectissimos populi  
 hæc hyacinthina missilia  
 facile spargeret. Cor obtu-  
 lit hostili lancea traiicien-  
 dū: vt amica ipsius vulnera  
 verè amatibus cordi essent.  
 Inter acutissimos clausos  
 suffixis pedibus immortalis  
 properauit ad mortem: vt  
 nos in eius vestigiis per vi-  
 tales dolorum aculeos cō-  
 stātem gradum figeremus.  
 O te igitur beatissima Ca-  
 tharina! si quidem, dum ti-  
 bi Amoris vulnera dant  
 amabilem formam, Amo-

H ,

**r**is tui Amor es. **Candidus**  
 ille in gremio matris, rubi-  
 cūdus in sinu crucis, lilyum  
 & rosa es. Tu quoque di-  
 uinæ formositatis sedula  
 imitatrix virginali cando-  
 re lilyum es, sed inter spinas  
 Amoris, quæ suis te pun-  
 ctionibus cruentarunt in  
 rosam. Tunc sanè visa es li-  
 lium inter spinas, cùm spi-  
 neam coronā aureæ præfe-  
 rés, in capite seuisti spinas,  
 ut vulnerum rosæ reliquo  
 corpori nasceretur. O rosas  
 mirabiliter purpureas, quas  
 non in turpibus fabulis na-  
 tas **impudicus** cruor infe-  
 cit:

cit: sed in virginis niuibus  
 vernantes pudicus sanguis  
 ornauit! O manus ad labá-  
 tem Christianam rempu-  
 blicam subleuandā ab ipsis  
 vulneribus robustissimas!  
 Per vulnera enim charita-  
 tis diuinum se robur infu-  
 dit. O pedes ad salutaria  
 itinera obeunda, dum per-  
 foramini, alatos! Suas enim  
 foraminibus Amor addi-  
 dit alas. O pectus frigidissi-  
 mæ mortalitati ad virtutē  
 inflammmandæ in tempore  
 patefactum! E saucio enim  
 amantis pectore plus ardo-  
 ris, quam crux erupit. Tu

H 6

verò diuino stellata si  
mate Catharina è cæl  
patria felicitatis, vbi vul  
ga occallescunt, ac dege  
rāt in sidera, natalibus  
ris sic affulge, vt senæ  
sub te reflorescant na  
sidera charitatis.

---

## *PIA NOBILIT*

 Vi Romæ prid  
nunc cæli matrona  
Franciscam laudaturus  
manā dixerit, vno ille  
bo decora complexus  
nia laudârit satis. Ete  
cū nobilitate sanctita  
dif

difficulti raroque fœdere geminare Romanum est. Habeo igitur, vnde sanctissimam hanc fœminam vere Romanam esse vestre, Cardinales Illustrissimi, purpuræ bono in lumine sole clarius ostendā. Generosis vix dum orta natalibus illud adultæ specimen sanctitatis dedit, vt in parentis, aut nutricis cōplexu nunquam effœminatum aliquid, aut ioculare puellari mollicie, ac leuitate balbutiuerit. Diceres matris illā in gremio generis admonitam parem nobilitati morum maturitatem

tatē meditari. Diceres ma-  
turo diuinam silētio infan-  
tem dicere, Romana sum.  
Imò non siluit modestissi-  
ma eius infantia, si quando  
vel virorum obtutibus, vel  
ipsis paternis oculis à fa-  
sciolis nudula exponeretur.  
Et quoniam per ætatulam  
ex ore in voces exire non  
poterat, affluentius ex ocu-  
lis liquata in lacrymas elo-  
quentia pro pudore mis-  
rabiliter perorabat. Mirari  
jam desino, quare paternæ  
manus attactū blāditias (vt  
mos est) pudibundæ faciei  
fieri passa nunquam sit: cu-  
ius

ius virginale corpusculum,  
 nec oculorū coniectu con-  
 tingi se sine vtricibus la-  
 crymis pateretur. I nunc,  
 & vulnerato prius pudore,  
 quām pectore Romanæ se-  
 rō vindicem pudicitiæ he-  
 roinā demirare Lucretiam  
 Roma vetus robustiorem  
 sanè inermis Virgunculæ  
 virginitatem vnis alienos  
 oculos, manūsq; lacrymu-  
 lis absterrētem iustiùs Ro-  
 manam prēdicat Roma re-  
 cētior. Hæc tenera naſcen-  
 tis indoles virtutis fuit. Ex  
 illa vos proueſte decora in-  
 tegritatis interpretamini.

Breuiſſi

Breuiissima hæc certè ora-  
tio adultam ad cælum vs-  
que sanctitatem complecti  
non audet, quæ in ipsis cu-  
nabulis maximæ par esse  
non possit. Nā quæ dicendi  
vis è penetralibus illis cau-  
tissimæ custodiæ latebris in  
hanc publicam lucem edu-  
cat publico abhorrentem  
coetu lucifugam virginita-  
tem? Quis eloquentiæ sonus  
exprimat illum cælitibus  
eloquentissimū innocentia  
puellæ strepitum vnam in  
se pro sceleribus innocentia  
diuerberantis? Quis  
orationis color illum non  
viola

viola tinctum, sed ipso cælesti coloratum amore diuinæ amantis pallorem expingat? Quæ tandem efficax exæquet facundia illas Numinis expugnatrikes, ac nunquam non exorantes pænè assiduas solitariæ preces? Ut quæ magister Virginum Hieronymus custodiendæ præcepta Virginitatis cælesti Palæstinæ solitudinis academia Romana nobilitati præscripserat: hæc omnia vna sibi seueræ virtutis tenera magistra cädidissimis moribus, animo corporique Francisca Romanæ,

manè , ac prope diuin  
 scripsisse videatur. Sed  
 bendum Virgini est : v  
 tegritas sobolescat. Q  
 castitas verborū nupta  
 dicitiam exequatur? lit  
 suscipit pudica fœcund  
 Quæ facūdia virtuti, q  
 vitæ ; cælo, quām terri  
 cundiorem innocentis  
 parētem prolis extolla  
 Romana Cornelia C  
 næ matronæ ornam  
 Gracchos suos præfei  
 felicior hæc mater lit  
 Romanis moribus orn  
 simos, cælōque iam à  
 ris maturos præferre p  
 Etc

Etenim filiolum, Euangeli-  
 stam nomine, sanctimonia  
 morum futura præuiden-  
 tem, ut diuino propior Soli  
 peruidiceret omnia, nouen-  
 nem præmisit in cælum:  
 quem breui sororcula pæ-  
 nè è cunis Agnes consecu-  
 ta, inuitate prius ad fugam  
 cælesti columba, rostroque  
 facem præferente ad syde-  
 ra, matre viuacior puella,  
 quod citius immortalitatē  
 inchoaret, septenis ad Cæ-  
 lites præuolauit. Matrem  
 cælo dignissimam in terris  
 orbam relinquì non tulit  
 Cælitum aliquis humanis-  
 simus:

siūlus: atque orbitatē  
 fœnore cōpensaturus  
 rili specie veluti mortali  
 tis adoptiuus integerri  
 fœminę contubernio p̄  
 habuit cælum. Iam ver  
 Francisca rem domestic  
 curet : quis laudator p̄  
 dentius dicat, quām illa  
 cerit? Si Deo vacet, ac si  
 quis diuinius orator p̄rä  
 cet, quām illa vixerit? Si  
 rum hostile vulnus led  
 affigat, si tenerū filium T  
 rannus extorquēat: quis g  
 nerosius narrator expona  
 quām illa pertulerit? Quò  
 si ad heroica hæc balbut  
 oratic

**O**ratio: ad extrema illa iam  
appellentis ad celum Fran-  
ciscę diuiniora facinora pe-  
nitus obmutescat necesse  
est. Quare omitto, quod ab  
humanis nuptiis ipsi nubi-  
lis Deo diuinos amplexus  
ab alienato saepe à sensibus  
animo prælibarit: quod in  
præsentissimo sempiternæ  
sapientiae complexu futu-  
ros calamitosorum eorum  
temporum exitus præsen-  
serit, & prænuntiarit: quod  
irati Romæ Amoris in ul-  
tricia fulmina iam procu-  
dētis suos ignes supplici la-  
crymarum artificio emol-  
litos

litos in auream beneficio-  
 rum pluuiam impetrâuit.  
 Nihil præterea dico de re-  
 ligiosissima illa, quam Ro-  
 mana indole , diuinóque  
 consilio instituit, honestis-  
 simarum familia fœmina-  
 rum, quæ Vestalibus longè  
 Virginibus illustriores, non  
 prælucentem superstitioni  
 flamمام in templis , sed  
 specularem pietatis ignem  
 in animis inextinctum cu-  
 stodiré. Verùm qui viuam  
 uno laudare silentio potui,  
 non possum tacitus præte-  
 rire morientem. Tua mors,  
 matrona sanctissima , tuas  
 in

in laudes animat orationē  
 meam. Tuus ille spiritus ex-  
 tremus virtutis inusitatæ  
 suauitatem expirans illud  
 impellit ut exclamem , O  
 fœminam , quòd Romanè  
 vixeris , cælo dignissimam!  
 Non enim te tanquam Au-  
 gustam nescio quam huic  
 proximam templo Fausti-  
 nam impurissimis nobilem  
 flagitiis , superstitiosa adu-  
 latio ex Senatus consulto  
 Diuam appellauit : sed pa-  
 tritia virtute , quām stirpe  
 nobiliorem Vaticana reli-  
 gio cæli suffragio , terrarum  
 plausu cælestes inter asse-  
 ruit.

ruit. Tu nūc sacrosanctum  
patriæ imperium tuæ san-  
tum tectum ab omni per-  
culo propitia conserua: ut  
mortalis olim sanctitate, i-  
nunc immortalis patro-  
nio tuæ te Romæ ostend-  
Romanam. DIXI.

*FRANCISCA,*  
*Romana, ideoq;*  
*Celestis.*

**D**abit hanc orationem  
meę veniam pietatis  
Frāciscam vestra, Principes  
Illustriſſimi, vt non tam  
cam appelleſt natalis Romæ  
nobili

nobilitate Romanā, quām  
familiaris Cæli felicitate  
Cælestem. Illud enim san-  
guinis, at hoc decus virtu-  
tis fuit. Vultis hoc ipsum  
cæli testificatione clarissi-  
mū cælesti luce clariùs in-  
tueri? Agite oculatos pro  
oculis animos tantisper in-  
tendite. Ecce autem vix  
egressa cunabulis Francisca  
in media domus celeberrimi-  
mat frequentia cōclauis in-  
timi penetralē solitudinem  
frequentat. Hic à parētum  
simu frequenter exulat; ut  
cælitum fese iucundiores  
in amplexus insinuet. Qua-

I

re nunquam minus solari-  
deri potest, quam cum se-  
est, ad quam frequen-  
mos cæli ciues allicit sa-  
tudo terræna. Hic sua ex-  
cælo amoris fœdera pia in-  
ter precēs puella balbutit  
eloquenter. Supplex enim  
pietas, quamuis balbutiat,  
cloquens est. Hic puella-  
rium cōtemptrix ludorum  
cum Cælitibus Virguncula  
colludit, cui vitæ sanctitas,  
vel adultis ac robustis la-  
boriosa, primæ imbecillæ-  
que ludus ætatis est. Hic iā  
nubilis summopere cælo  
placet, quòd hominū oculi  
los

los pudicè latet. Deuolate  
 iam Romam cælestes ho-  
 spites, vbi castissimi charis-  
 simique ius habetis hospi-  
 tij: nec vos pudeat; quando  
 cælestis in vrbe fœmina re-  
 peritur; cælo relicto, ciui-  
 tate donari. Bene est. Au-  
 dierunt lōginqua Cælitum  
 concilia ingenti minorem  
 yoto iustissimam vocem  
 m̄am. Eorum aliquis om-  
 nium nomine icti fœderis  
 mutuæq; benevolentiae in-  
 teruncijs, formosissimus  
 cæli puer, ad sanctissimam  
 hospitam diuertit, diuinis-  
 que moribus moram ipsi

suauiter facientibus hospitiū  
 amauit pro patriā,  
 quod cælum inuenērit in  
 terris. Terrenū certe non  
 videbatur domicilium il-  
 lud, in quo Romanæ sydus  
 virtutis habitaret. Ut mira-  
 dum nemini sit, si gemina  
 illius proles recēs nata præ-  
 uolārit in cælū. Quò enim  
 aliò congruentiùs syderis  
 lux abiret? Iam verò quām  
 suauē amoris diuini flam-  
 mam alebat ille tuo, Fran-  
 cisca, non tam lateri, quām  
 cordi sēper hærens, tua fax,  
 tua lux pulcherrima, cæle-  
 stis comes? quām celeri feli-  
 citate

citate immortalis usuræ la-  
 cis mortalibus oculis affue-  
 scebas? quām bono in lu-  
 mine inoffenso pede graf-  
 fabaris ad gloriam virtutis  
 via? quām beati sine nube,  
 sine nocte dies tibi affulge-  
 bant, quæ nunquam occi-  
 détem solem habebas con-  
 tubernalem? Sed quid ego  
 familiare Franciscæ cum  
 Cælitibus contuberniū ad-  
 miror: cùm familiarissimè  
 Deo illa blandiente vtere-  
 tur? Nam & amabili pueri  
 specie infusum collo amá-  
 tissimum Numen arctissi-  
 mo familiaritatis nexu, hoc

est, mutuo amplexu obli-  
gabat: & diuino è pectore  
non minus charitate, quā  
crudelitate vulnerato plus  
caloris, quām crux excep-  
tebat, ipsumque ( si dicere  
fas est ) bibebat am-  
orem. Iure igitur ab alienis  
saepè à sensibus rapiebatur  
in Deum, quæ cælo esse  
quām terris cōiunctior. In  
re etiam obscuros incertos  
que rerum exitus prænide-  
bat, ac prædiuinabat,  
diuina magis, quām co-  
muni luce frueretur. Illud  
iam reliquum est, ut confi-  
liatá tibi, fœmina integ-  
rima,

rima, cæli familiaritate cælestem appellationē gratulēmur. Sed fortassis errauī, qui cælestē nomē à Romano discreui. Quamobrem, quòd cælo charissima vixeris, verè te Romanam pronūtio. Cælū enim amicum habere Romanum est.

*EX MILITE  
Imperator.*

 Vicunque fuit, qui Salmoneo confidenter non imitabile fulmen ænco torméto imitatus verè tonare, ac fulminare cœ-

pit: nō ille in publica dan-  
 na consultissimus felicitati  
 nostræ nescius cōsuluit, Pa-  
 tres. Si quidem fulmineus,  
 eius inuentum, globus nisi  
 muralis machinæ bellico  
 fulmine nō expugnabilem  
 militem Ignatium ita exar-  
 ce Pompelonensi deturba-  
 uit, vt ad militiæ melioris  
 fastigium extulerit. Artifi-  
 ciosus ille ignis felici vul-  
 nere ex milite cōflauit Im-  
 peratorem. Profuit infringi  
 tibiam, atque eum claudi-  
 care: vt virtutis via sublime  
 ad Imperium quam celer-  
 rimè grassaretur. Ergo illo  
præci

præcipiti casu, qui caducæ  
 gloriæ milite dignum stip-  
 pendium fuit, tantum resi-  
 liit animus ad altissimam  
 laudem, ut scruilibus ambi-  
 tionis castris relictis inge-  
 nuus transfuga iuxta nobil-  
 le, ac difficile sui ipsius re-  
 gnum occupârit. Affulsit è  
 cælo diuina Mater cū pue-  
 ro Deo regiā sui victoriam  
 meditanti. Tacuit illa qui-  
 dem: sed ipsa taciturnitas  
 vocē illam Imperatoribus  
 faustissimam sonabat, In hoc  
 signo vices. Vitiosa enim  
 consuetudo facile vincitur  
 Duce Virgine, quæ, quam-

I ,

utero clausit, manibus pra-  
 fert, atque offert sanctitu-  
 tem. Quare, cum primam  
 voluptatum fugā vix dum  
 cogitanti tam liberaliter  
 obuia summa sanctitas sit,  
 iniuria miretur quispiam,  
 quod propemodum ante  
 de se triumphare potuerit,  
 quam debellare se cœperit:  
 antequam militare virtuti,  
 sibi ex virtute nouerit im-  
 perare. Militisne vulgare,  
 an singulare Imperatoris id  
 robur fuit, voluptariæ Sire-  
 nis insidias Vlyssè cautiùs,  
 domesticæ querelę impre-  
 sionem Partho velocius,  
 quam

quamvis debilitate cruce  
 fragiendo vincere & paternas  
 ditionis, atque opulentiae  
 splendido cōtemptu, tanquam  
 aurico tormēto, citra Gigā-  
 tū commentitiā audaciam,  
 supra corūdem felicitatem  
 cælum expugnare? Suspен-  
 sis ad Montis Serrati Virgi-  
 nem armis ex armata licen-  
 tia trophēū incerti statuere  
 constitati? Pretiosam vēstem  
 cum lacera cōmutare, hoc  
 est, Codro nobiliorem non  
 vrbis vnius, sed orbis terra-  
 rum vniuersi, & communis  
 patriæ defensorem indu-  
 re? tetetremorum trium ho-

stium quasi triumvirale in  
 homines tyrannide sui cor-  
 poris excruciatione. Brute  
 scelerius in se ipso ingulariter  
 Salutaribus pœnis prostrato,  
 ac semiuiuo corpore ad  
 cælum usque, siue ad virtutis  
 capitolium victore animo  
 euctum per septem foli-  
 dos dies sempiterni gaudia  
 triumphi iam præcipere? Et  
 miramur, quod etiam affe-  
 ctio pede in Palæstinam ad  
 illa diuinę charitatis æstiu-  
 tam expeditè excurseret,  
 qui tam facile præuolarebat  
 in cælum? Nimirum in cur-  
 riculo pietatis sine scelerū  
 sarcina

sarcina nemo claudicat. Et  
 sanè quónam vel in firmum  
 corpus properaret, nisi ubi  
 animus habitabat? Ibi sui  
 viator, ideoque fortissimus  
 diuini liberatoris pœnis al-  
 tius, quām pedibus impref-  
 fa salutaris victorię cruenta  
 vestigia ut semper in oculis  
 ferret ad imitationem, pias  
 in lacrymas solutos oculos  
 cum iisdem commiscuit.  
 Hic enim uero non potes,  
 Ignati, tuam illā planè cæ-  
 lestem vocē usurpare, quām  
 terra sordet, dum celum afficio!  
 Quandoquidem regiam  
 ad cælites viam diuini san-  
 guinis

guinis luce stellatam, atque  
illustre audissimè, iucun-  
dissimèque cōtemplaris in-  
terris. Viam dixi? imò me-  
tam laboris, ac pugnæ, ca-  
lū videlicet ipsum tibi ter-  
ra repræsentabat, in qua  
Cælitum frequenti præsen-  
tia, & colloquio fruebaris.  
Ut in illo vincendi tyroci-  
nio quantum victoriarum  
reportaris intelligamus, quæ  
victores inter, ac triumpha-  
les cæli Duces tanquam vi-  
ctor emeritus honorificè  
excipereris. Tanta vis est  
vincētis omnia virtutis, ut  
dū pugnat in terris, cælum  
expugnet

expugnet ac patefaciat. Pa-  
 teta penetralis cæli Re-  
 gia solem vidit inconni-  
 uens, sed triplicem illū so-  
 lem, qui vno lumine, ac nu-  
 mine vnam ortus, occasus  
 que nesciam immutabilis  
 æternitatis meridie diem  
 conficit beatissimā. Idcirco  
 autem vidit, quòd ad mor-  
 talis præstigias lucis oculos  
 clausit. Neque verò vnam à  
 sempiterno sole constatē  
 lucem haufit, sed vitalem  
 quoque ignē sine fabuloſo  
 Promethei furto contraxit:  
 ut re, quam nomine arden-  
 tior eſſet Ignatius. Testis eſt  
 instar

instar omnium vnuſ ille ob  
impudicas flamas ad pu-  
dicitiam frigidissimus iu-  
uenis, quem ad flagitij fu-  
gá, vel in ipsis gelidissimis  
aquis exæstuans ardor in-  
flammauit Ignatij. At tu  
prius exemplo, quām voce  
eloquens inscribe in chartis,  
quas pridem moribus  
expressisti, vitiorum victri-  
ces in virtutis palæstra exer-  
citationes. Rudis adhuc lit-  
terarum docere ne metue:  
ad animos enim diuinitus  
illustrádos, inflammandóf-  
que satis eruditus est, & cui  
Deus affulget, & qui Deo  
calet.

calet. Scribe: nam scriben-  
 do pinges, atq; inter sapiē-  
 tissimè à te scripta documē-  
 ta suspiciet posteritas ani-  
 mi picturam tui. Scribe di-  
 vine studia militiæ: nam  
 simul in iis Cæsarianis ele-  
 gantiores inscriptos lege-  
 nus victoriarum commen-  
 arios tuarum. Non tamen  
 lecuit victricem istam for-  
 itudinem diu exarmatam  
 doctrina. Pallas ipsa su-  
 cunctiosi sæculi Dea for-  
 issima cruditione magis,  
 quam casside armabatur.  
 ergo qui maiora libidinū  
 nonstra superauit, per lu-  
 dum

dum inter pueros puerilis  
 litteraturæ vicit inscitiam.  
**Quin** etiam pugile Clean-  
 the robustior ab sūma ino-  
 pia rebus omnibus planè  
 spoliatus, ac nudus, vt pu-  
 gilem decet, eruditio in pul-  
 uere cum sexcentis difficul-  
 tibus tandiu depugnauit,  
 donec melioris eruditionis  
 laureā retulerit: atque ex al-  
 tissimo virtutis puteo plus  
 veræ, syncerèque sapientiæ  
 hausit ad animos beandos,  
 quām mercenarius idem  
 Cleanthes lutulentæ aquæ  
 extraxerit ad hortos irrigá-  
 dos. Iam verò toti par orbi  
 terrarum

terrarū iuuando imperato-  
 ria Ignatij virtus non capi-  
 tur angusto pectoris vnius  
 Imperio. Iam milites legit,  
 & quidē paucos , nimirum  
 sui similes. Præclara enim  
 rata sunt. I, tua castra, quā-  
 uis parua, omnium nate sa-  
 luti gētium fortissime Du-  
 ctor, promoue. Principem  
 generis humani arcē , Ro-  
 manam aggredere tuendam:  
 vñ illa genus humanum  
 omne tuearis. Aspice, vt fe-  
 licius , quām Romano Im-  
 peratori, tibi militat æther.  
 Non enim Æolus, ventosa  
 fabula, leuis armaturæ mi-  
 lites,

lites, inanes videlicet vcto  
 tos in tuam opem armatos  
 fundit ab antris fabularum:  
 verùm è cælestis conclavi  
 diuinitatis Imperatorū ve-  
 rè Maximus præpotentem  
 operā suam Romana iam  
 munimēta ingressuro pro-  
 pitiam pollicetur. Hic pri-  
 ma cōgressione vicisti, quæ  
 vinci postrema vix potest,  
 prosperos sanctimonie suc-  
 cessus procaciter allatran-  
 tem inuidiā hominū perdi-  
 torū. Neque voces habuit  
 alias, quibus ipsa se gratis  
 simè vulneratam, profliga-  
 tamque fateretur, atque in-  
 gemi

gemisceret inuidia, præter  
 calumnias. Tu tamen hoc  
 vocale monstrū etiam sile-  
 re, ac silentio victrici plau-  
 dere innocentiae, elisis ve-  
 ritate faucibus coëgisti. Ab  
 ista honestissima victoria  
 quām gloriose triumpha-  
 sti, cùm piam, religiosam-  
 que militiam, vnis virtuti-  
 bus pugnātem vincentēm-  
 que Vaticani oraculi diui-  
 ni plane authoritate sanxi-  
 sti: cùm sanctissimis legibus  
 contra omnium corrupte-  
 lam temporū armasti: cùm  
 denique à Numinе nomē,  
 oménque sanctitatis impo-  
 nens

nens Societatem I E S V me-  
 ritò appellaſti , cui ſeſe ille  
 naſcēti è cælo propitius ad-  
 iunxiſſet? Atqui triumphale  
 gaudiū ( pace tua dixerim)  
 nimis religiosus tibi dolor  
 infuſcat, quòd tuus te exer-  
 citus imperio dignissimum  
 ſibi præſicit Imperatorem.  
 Repugnes licet , aliàs inui-  
 ctus, nunc tamen expugna-  
 beris. Iſta namque ſemper  
 victrice præſtatiſſimā virtus  
 in hoc vinci meretur, vt iu-  
 beatur imperare. Quis iam  
 enarret quām multi , quām  
 inſignes viri diuinæ huic  
 militiæ nomen dederint,  
 quam

quam suo nomine donasset  
 sui prodigus in homines,  
 cum se humanissime fece-  
 rit hominem Deus: in qua  
 etiam ad animorum diui-  
 na incendia Dux ardentissi-  
 mus facē præferret Ignatius? Quis præterea breuissima oratione complectat-  
 tur vbiique locorum quam  
 citissime collocata cælesti  
 Eius optimi ardore belli-  
 cose plurima statua Socie-  
 tatis? Reddites templis ni-  
 tor, additus pietati calor,  
 discordis coiugij domesticum  
 incendiū pio diuortio  
 restinctum, vile spolium  
     castitatis

castitatis libidinū flā  
 prostitutæ diuinis ig  
 consecratum expiatū  
 pudēdis lasciuæ impi  
 tiaæ tædis obnoxius  
 nitatis pudor diuinari  
 tectus flammco nup  
 puerilis ad virtutem  
 lis igniculus ad ciuilē  
 dorem bonis artibus  
 tatus, Hydra qualibc  
 talior pestis Hæresis  
 tis disputationum fi  
 ambusta , inueterata  
 rum supersticio sui di  
 ta supplicio , ludibi  
 Vulcani, suas non se  
 tenebras fugatae nod

inferorū furiæ, ex ipso pro-  
 pè occasu ad vitalem diem  
 sæpe reuocata mortaliū vi-  
 ta; nónne Ignatiani ardoris  
 publicæ vtilitati militantis  
 triumphalia decora sunt, &  
 quidem tam oculis com-  
 missa omnium, vt per aures  
 in animū ea demittere su-  
 peruacancū esse videatur?  
 Nō possum igitur, quin ex-  
 clamem, quàm facile, quàm  
 præclarè vincitur, quando  
 igne pugnatur, cōque diui-  
 no! Vicisti tu quidem Dco,  
 & quotidie tuos per milites  
 vincis Ductor præferuide,  
 siue in boreales Vaticanæ

K

potestatis hostes ad veræ  
 cultū religionis patrio ge-  
 lu duriores crudité ac salu-  
 briter fulminas, eosque cle-  
 menter de cælo tangis: siue  
 subditam orienti, occiden-  
 tique volubilis luci Solis  
 Indiam Soli subiicis sempi-  
 terno. Tibi enim uero acce-  
 ptū referre debemus, quod  
 Indicam barbariem ad Cœ-  
 litum venerationem, quam  
 ad hominum cōmercium  
 efferatiorem nauali certa-  
 mine laboriosæ nauigatio-  
 nis inter vndas effusi maris,  
 an profusi sanguinis? hoc  
 est, in mari sanè rubro tua  
     face

face ardentes fortissimi socij, & commilitones nostri humanitati , religionique maciparunt. Quid iam superest, nisi ut, qui terras inflamauit, cælum quoque illustret? Et hoc potest Ignatius vel extinctus, dum parentalia sidera succendit ad tumulum. Ignis ille diuinus, qui penetrali conclusus in pectore sui saepc Solis, antequam is occideret, in vultu radians perspectus est , quidni post ciudem occasum ad funebris noctis solatiū vicariis in sideribus scintillaret? Illo , illo

igne, quo per inuia iam syl-  
uescentis ad virtutē huma-  
nitatis aspreta viam sibi, so-  
ciisque strauit ad scelerum  
victoriam , in cælum iter  
laxauit ad triumphum, stel-  
lis delapsis ad coronam.  
**Quáquam appositè**, argu-  
téque coniicere non nemo  
possit , ambitiosè stellas è  
cælo deuolasse, siue vt soli-  
to illustriùs Ignatij luce lu-  
cerent , siue vt lactea pul-  
chriorem igneam ab Igna-  
tio viam describerent.Hac  
tu stellata via , tuarum sol-  
stellarum, quò, nisi ad cæ-  
lites, properares? **Quódná,**

ex

ex ardētissimō milite ar-  
dentior Imperator , cæle-  
stes per ignes victor , quod  
( inquam ) triumphale Ca-  
pitolum inires, præter cæ-  
lum ? In isto iam felicitatis  
& gloriæ fastigio, quòd flá-  
mis viceris, splédidè trium-  
phas inter æternos Cælitū  
plausus, coram senatu diui-  
nitatis. Roma quoque Pô-  
tificiæ Maiestatis terrenum  
cælum beneficam sanctita-  
tem tuam grata veneratio-  
ne prosecuta in Vaticano  
Capitolio cū Xauerio tuo  
triūphare te voluit, vt, quòd  
ille noui sol orbis terrarum

K 3

fuerit, tuis deberi flammis  
intelligamus. Tu nunc, Im-  
perator Illustrissime, ex ista  
beatissimi ardoris Regia  
tuis tantum sociis feruida  
alacritatis impertire, ut  
mortali re bene gesta, tec-  
cum aliquando immorta-  
liter triumphemus.

---

## VIR LINGVARVM

*omnium.*

D nos etiam Regna-  
tricis Vrbis incolas ab  
vltima usque India toto or-  
be diuisa tua vox illa flexa-  
nima, Xaucri, sacram inter  
concio

concionem diuersis, ac dis-  
 sonis vno tempore intelle-  
 ñta nationibus , miraculo  
 magis , quàm strepitu so-  
 nora penetrauit. Cur enim  
 remotissimas quoque aures  
 nostras non impleret , quæ  
 diuinū omnia implés Ver-  
 bum sonaret? Cur non Ro-  
 manis collibus, quàm Indi-  
 cis cautibus clariū Echo.  
 Romanæ Religionis resul-  
 taret? Aut eur pluribus gen-  
 tium plurimarum linguis  
 insigniter , ac mirabiliter  
 vocalem Xaueriū , quam-  
 uis longè diffiti, non audia-  
 mus? Quidni cum ego po-

K 4

tissimum cum barbaris illis  
auditoribus intelligá, qui  
Latinos inter barbare lo-  
quar? Evidem animatam  
Deo Xauerij vocē Hebræis  
ex adytis diuinæ linguæ in-  
terpres facile intellexi: ye-  
rūm (vt in diuinis par est)  
diuinæ huius eloquentiæ  
causas, timidè, verecundé-  
que bona vestra venia, A.  
interpretabor.

An igitur Xauerio non  
terrarum orbis magistre,  
instaurato veteri prodigo,  
flammeæ de cælo linguæ  
impluebant? Etenim si te-  
pida Hierosolymæ plaga  
eruditis

eruditis olim ignibus estua-  
uit: nōnne præferuida In-  
diæ Regio cloquétibus po-  
tuit flammis abundare? Li-  
cuit quondam Pericli vni-  
ca, eaque humana lingua  
tonare, fulminare, Græciā  
permiscere vniuersam. Xa-  
uerius ergo, & plurimis, &  
cælestibus micans linguis  
quo tēnitru, quo fulgure,  
quo fulmine fœundā sce-  
lerum omniū vastissimo in  
Oriēte superstitionem ab-  
sterruisse, perstrinxisse, pro-  
fligasse dicatur? Hic enim  
verò non possum quin in-  
ter seria rideam Salmonei

K 5

Regis ridendam insanum  
tonitrua, & fulmina æneo  
super ponte quadrigarum  
strepitu, & flamarum ia-  
ctu nimis laboriosè imita-  
tis: cùm perleui labore vna  
Xauerij vox ita barbarorū  
auribus tonet, animis ful-  
minet: vt non fictè, sed ve-  
rè; non nocenter sed salu-  
briter eos de cælo tactos  
fuisse fateamur. I nunc &  
Gallicū nescio quem Her-  
culem eloquenti ex ore na-  
scētibus aureis catenis po-  
pulorum aures nexus tra-  
hētem posteris prædica fa-  
bularum artifex vetustas.

Verissimè

Verissimè vidit sera posteritas totius Indiæ non aures modò , sed animos etiā illigari efficacioris cloquétiaz auto , diuinus quod ignis excoxit.

An verò aurea Xauerij vox eadem quidem varias ad aures accedit ; sed patriū sonuit cuique sermonem? Auro enim sonante gens omnis aurita est.

An potius quoniam ab Aquilone in Austrum linguae figura longissimè India porrigitur , ingenioso Xauerij labore , ac sudore culta natuarū cultori suo

linguarum cōpiam eruditō  
cum fœnore protulit, ac re-  
pendit: vt simul dissimiles  
admirabili compēdio eru-  
diren̄tur? Nam quid illa fa-  
cilius, quid vberius affer-  
ret, quām quod simile sibi,  
quódque natuum esset.

An quia ipsam comple-  
xa Numinis immensitatem  
hominum facile nationes  
cōpletebatur amplissima  
Xauerij charitas, eorūdem  
quoq; linguas nullo nego-  
tio continebat? quæ quam-  
uis agrestes, ac barbarę tam  
pio in ore non poterant ad  
pietatem exprimēdam non

man

mansuescere. Ut noster hic  
 vltimi mundi hospes, & pe-  
 regrinus sedētario illo So-  
 crate verius quārenti cuias  
 sit, respondet possit: Mun-  
 danus sum ; qui peregrini  
 communione sermonis ex-  
 terorum popularis, acciuis  
 populorum esse videatur.  
 Illud sanè hoc didici rarissi-  
 mo exemplo , multas qui  
 linguas calleat, nō totidem  
 tantū viris .(vt apud Tur-  
 cas in prouerbio est ) eum  
 esse equiparandum, sed na-  
 tionibus totidem preferen-  
 dū : quòd illarum multitu-  
 dinem, varietatemque bre-  
 uissimo

uissimo ambitu vna ciu-  
dem lingua concludat. An  
non igitur sapientissimo ih-  
lo Ennio tricordem sese,  
quod Græcè, Oscè, Latinè  
loqueretur, prædicâte ma-  
gis esse cordatū Xauerium  
affirmemus, qui numero-  
sam Indicæ vastitatis bar-  
bariem pietati diu excor-  
dem, dissonantiū concentus  
linguarum egregiè corda-  
tam fecerit? An non ipsum  
Pôti Regem Mithridatem  
duas & viginti subiectarū  
linguas prouinciarum di-  
fertissimi oris erudita in di-  
tione habetem Xaueriana  
clo

eloquentia , quam Roma-  
 na potentia glorioſius vi-  
 etum eſſe cēſcamus ? quan-  
 doquidē ſingulis ille , om-  
 nibus hic linguis loqueba-  
 tur. Quid autem tam glo-  
 riosum , quam totis Roma-  
 nonam armis vix expugna-  
 bilem Tyrannum vna fuſ-  
 fe inermis voce ſuperatum ?  
**Quare** mirandum non eſſe  
 dixerim in Xauerio illud in  
 ceteris admirabile , ac ferè  
 inauditum , vt multarū no-  
 dos interrogationum ge-  
 nere diſsimillimos , diſſicul-  
 tate impeditiſſimos vnius  
 reſponsioraculū expediret .

**Cur**

Cur enim pluribus simul  
 non responderet vnuſ, qui  
 linguis plurimis eſſet in-  
 ſtructus? quique ſapientum  
 vnuſ instar eſſet plurimo-  
 rum? Nefas h̄ic fuerit tam  
 fœcundæ facundiæ virūm  
 iis australis insulæ populis  
 non anteferre, qui bifidam  
 Siculus  
 lib. 2.  
 c. vlt.  
 Diod.

ab radice linguam cùm ha-  
 beant, & auicularum ſua-  
 uiſſimè cantus imitari, &  
 (quod incredibile pænè ſit)  
 diuersa cum duobus simul  
 hominibus colloquia bi-  
 fulcæ linguæ diuortio par-  
 tiri dicuntur. Atqui plus eſt  
 indiuisa lingua ſuauiorem  
 quo quis

quouis cantu sermonē posse pluribus diuidere.

An præterea diuini famam Verbi Xauerium appellemus, qui tot linguis personaret? An etiam fabulosa Poëtarum fama mirabiliorem cundem celebremus; quòd illi totidem essēt ora, quot linguæ: vno linguas hic omnes ore facundo possideret?

An multiplex illa linguarum supellex cælestem decuit oratorem: quòd vna cælesti facundiæ lingua satiis esse non posset?

Illud hîc tandem habeo  
suspicari,

suspicari, diuinam hāc ideo  
 extitisse in terris eloquen-  
 tiā; ne variis eodem tem-  
 pore linguis eloquentē vna  
 laudari posse lingua spera-  
 re præ illo elingues audea-  
 mus. Quicquid ergo laudū  
 tuarū, humano maior præ-  
 conio Xaueri, diximus, me-  
 rum silentium est. Vnus tu  
 poteras tua decora æquare  
 dicendo, cuius in ore nouis  
 Orbis terrarum resonabat:  
 nisi alienis eloquentissima  
 opportunitatibus, suis ob-  
 stinatè laudib⁹ Virtus ob-  
 mutesceret. Quáquam ipsa  
 Virtutis taciturnitas arguta  
 est,

cet, ac nouo miraculo sine  
verborū strepitu suā in ani-  
mis præstatiā exornat. Nūc  
enim verò, nūc barbaris In-  
diæ nationibus Roma non  
inuidet singularem istā sua-  
delā tuā. Nūc è cælo Roma-  
nè perorasti diuine orator;  
quādo Romano in senatu  
publicos, solemnēsq; sācti-  
tatis plausus excitasti. Nunc  
tādē tua lingua omniū cō-  
plexa linguarū eloquētiām  
iustissimū tibi præmiū illud  
referet, vt omnes de te lin-  
guæ loquantur. **Dixi.**

*Lauds Deo, & S. Francisco  
Xauerio.*

*SYNO*

---

S. T N O D V S

*Tyburtina.*

**G**Vam diem optatissimam ac Tyburti populo salutarem sol ipse publica mundi lux per annos quinque , ac triginta , non indulxit : vt in communione bonum animorum . conlia singulorum cōueniret hanc pūrpuratæ sapientiæ ( Præsul Illustrissimus nobis tandem affulgeret beneficio felicissimam ixiisse gratulamur. **Quæcumque** enim è luce sapientiæ :

qi

quām felicitatis dies nasce-  
 retur? Hanc ego felicitatem  
 ubi breuiter ostendero, fe-  
 liciter perorauero. Et sanè  
 quid accidere ciuili pote-  
 rat saluti felicius, quām id-  
 ipsum, quo ciuitatum feli-  
 cissimæ floruerūt? Consiliis  
 illæ, quām mœnibus munici-  
 tiores futuræ consulturos  
 æquè homines, atque con-  
 uituros è solitudinum di-  
 uortio ad societatem vitæ  
 cōuocârunt. Montana ipsa  
 Cithæronis saxa concentu  
 verius animorum, quām  
 fidium cantu in Thebani  
 muri mēbra, in amplissimæ  
 vrbis

vrbis corpus coaluerunt.  
 Quid beatissima vrbium  
 Roma? Nónne senaculis,  
 quān domiciliis propè fre-  
 quentior; quæ iuuenili m-  
 nu fundata, paucos ambitu  
 colles cōplexa primūm est;  
 Senatoriis tādem comitiis  
 propagata terras ditione  
 vniuersas occupauit? Quā-  
 quam pudet ex antiquissi-  
 mis ciuitatibus cōsultatio-  
 nis petere antiquitatē, quæ  
 diuinę ipsi æternitati æqua-  
 lis est. Deus ipse in augusta  
 illa diuinitatis vnius solitu-  
 dine minimè solitarius an-  
 non infinitum trium per-  
 sonarum

sonarum senatum habuit,  
 cùm consultissimis iis voci-  
 bus diuinè nobis consuluit,  
**Faciamus hominem ad imagi-** Gen. i.  
**nem; & similitudinē nostram.**  
**Quod si de homine facien-**  
**dō deliberauit Deus; quid-**  
**ni nos de eiusdem ad virtu-**  
**tem reficiendi opere diui-**  
**nissimo consulamus? Quid**  
**autem diuinius effici possit**  
**ab homine, quam quod in-**  
**ter homines ut efficeret, fa-**  
**cetus est homo Deus? Ille**  
**igitur magni cōsilij Ange-**  
**lus immortali posthabito**  
**beatorum cōcilio ex inac-**  
**cessat maiestatis Augustali**  
 ad

ad mortalitatis nostræ curiā curis ærumnisque septā  
se se demisit: ut de humānā  
salute restituenda non sine  
homine consultaret. Atque  
ex eo tempore diligēt̄ c̄.

*Mas̄th.* pit è multis paucos, quorū  
18. in medio consultantium  
esset, etiam vbi duo, vel tres  
in eius nomine congrega-  
rentur. Quid ergo vel pau-  
ci feliciter non euincant,  
quorum consiliis media in-  
terest ipsa felicitas? Testor  
h̄ic ego aureum prodigium  
*Aet. 2.* illud ignei turbinis, quo  
Christianorū procerum ad  
principem cōuentum con-  
fultrices

fultrices in linguas effusus  
 properauit Deus. Nimirum  
 piè cōfidentiū lingua Deus  
 est. Et miramur si mortales  
 huiusmodi cōetus, atq; hu-  
 mana concilia in flagitio-  
 rum tyrannidē , in Tyrano-  
 rum impunitatem sēpe  
 de terris tonare , ac fulmi-  
 nare facundo vehementius  
 Pericle , superbo laudabi-  
 lius Salmonco potuerunt  
 quando diuinus , qui sube-  
 rat sanctissimis iis cōetibus,  
 ignis in fœda scelerū tem-  
 pestate non poterat in to-  
 nitruū ac fulmen nō erum-  
 pere. Evidē gratulari satis

L

hic nobis non possum, Pa-  
tres, synodi nostræ felicita-  
tem, quæ naëta id tempo-  
ris est, quo cælestibus flam-  
mis ad rogale vitiorum in-  
cendum, ad vitalem virtu-  
tis lucem abundemus. Dies  
hæc flammorum fertilis, &  
Laurentij, quæm Solis igne  
illustrior, quæ diuino Amo-  
ri fortiter militantem iuue-  
nem igneo tormento sa-  
uiissime torruit (ignis enim  
amanti mera suauitas est)  
quantum præsentissimi no-  
bis caloris insinuabit, ut  
gloriosum ad opus feliciter  
ardcamus? Hoc ipsum, in  
quod

quod

quod conuenimus, tēplum  
 tuo, Laurenti, nomine lau-  
 reatum, hi tibi sacri parie-  
 tes tuo ex incendio excita-  
 ti quantum eius nobis ar-  
 doris afflabunt, quo patriæ  
 splédon virtutis ad immor-  
 talitatem augeatur? Et verò  
 par erat vetustissimi templi  
